




VI
POMPON
LAETI
R. HIST.
COMP.
14
K 5
13
VENETIIS
1499









# ROMANAE HISTORIAE COM-PENDIVM AB INTERITV GORDIANI IVNIORIS VSQ VE AD IVSTI NVM. III. PER POMPONIVM LAETVM.

CVM PRIVILEGIO



# PRAEFATIO

## FRANCISCO BORGIAE EPISCOPO TEANEN. ET PONTIFICALIS AERARII PRAEFECTO POMPONIVS LAETVS.



OLET quæri ab studiosis uiris utilis ne sit historia. Nos uero non mõ utilem & frugiferam: sed necessariã mortalibus esse cõtẽdimus: & quẽadmodum agriculatione corpora: sic monimẽtis rerum animi fouentur. Vitæ cupido pharmaca pellendis morbis inuenit. Series rerum ne una cum eo qui gerit interiret historiã excogitauit. Quantoq̃ nobilior corpore animus: tanto cæteras dotes præcellit historia: potissimãq̃ sibi sapiẽtiæ partẽ uendicat. In ea enim est imitatio uiuendi: uicia detestatur: uirtutes ardore quodã imitationis effert: & cum rebus omnibus tempora uetustatem adferant: historia numero annorum admirabilior est: & sanctior habetur. Scripserũt multi de eius utilitate deq̃ eius obseruatione: quæ præterire neglegẽtia nõ est. Ab historicis abesse debent fœdum crimen adsentationis: & amor ac beniuolentia metusq̃ & simultas: quibus corrumpitur narratio: uti sæpe numero contigit. Aiunt enim scribe securus quod lubet: & quod uelis narres: habiturus mẽdaciorum comites. Principes hostoriarum cur dissentiũt? Cur uaria tradũt? Quod iudicium quo solemus in rebus uti sæpius decipit. Itaq̃ scribere quæ ipsi uidimus unde nomẽ esse memorãt errore liberi uera fateremur.

Hystoria utilis.








# PRAEFATIO

Sed quoniã ad ea quæ ab sæculis nostris remota sunt adcomodatur narrandi materia: Iudicio opus est simul & memoria. Adcuratius legere ꝓdest. Laudatur etiã in historia breuitas: quæ sit aperta ac lucida ut illa Crispi Sallusti. Liuius modo breuis mõ copiosus plus eloquẽtiæ addidit. Sunt & alii cãdidi: alii nimis falerati & tumidi. Veteꝝ simplicitas ut fuit. M. Catonis & . Q . Fabii interiit. Nos uero breues esse uolumus: & sæpius digressi sumus ornatus gratia. Verum si cãdor ille simplicitatis antiquæ aberit: ueniam oramus: quam cum sciamus minime mereri: præcipue nobis dandã ab hiis qui legerint : aut audierint arbitramur : præterea historia quouis modo scripta delectationem adfert. Natura ipsa ad rerum notitiam prouocamur: resq; auidius q̃ eloquentia petitur: ut qui qualibet nuda rerum cognitione etiam anilibus fabellis capiamur: Nihil hiis cõmentariis falsi quãtum perspeximus ausi sumus. Exorsi ab interitu Iunioris Gordiani usq; ad exiliũ Iustini Heracliorum: multa dispersa in unũ corpus collegimus : ab Philippis uero usq; ad cædem Aemiliani: quia Trebonii Pollionis labor sine capite est: & monimenta illorũ temporꝝ desiderantur nimis circumcise narrauimus: utcunq; certi sumus proculdubio libellos tibi Borgia placituros: qui memoria sæculorum plurimum delectaris & ob id a publicis negociis seuocaris: alii uero: si cætera nobis deessent: qm̃ titulus tuæ humanitatis index est satis sunt probaturi. VALE.

# LIBER PRIMVS
# ROMANAE HISTORIAE COMPENDIVM AB INTERITV GORDIANI IVNIORIS VSQVE AD IVSTINVM.III.PER POMPONIVM LAETVM.

## BALBINVS. PVPIENVS. GORDIANVS.



Aximino ꝓfligãdo qui primus post habita Senatus auctoritate ab exercitu imperator Aug. adpellatus est ex cõcione Vectii Sabini patres imperiũ duobus uiris decreuere & populus Ro.cõcordi adsensu ac lætitia sciuit:hii fuere Decius Cælius Balbinus &.M.Clodius Pupienus. Hic quamuis homo nouus per gradus dignitatis satis inlustris erat & grauitate:ac seueritate uenerabilis. Balbini maiores ex gadibus Hispaniæ cũ Pompeio magno uenerant:& ciuitate donati:hoꝝ primus Theophanes Balbus/Romæ adpellatus Cornelius:quẽ.M.Tullius defendit. Igitur Balbinus nobilitate familiæ fortunisq̃ & clementia satis cognitus:hic Cæsaris:ille Catonis moribus comparatus ille contra Maximinos hostis iudicatus copias eduxit:hic urbis gubernationẽ suscepit:illius auspiciis cæsi Maximini:huius bonitate tumultus in urbe inter ciues ac prætorianos exortus est:tandẽ neq̃ illi seueritas neq̃ huic clementia profecerũt:ambos milites occiderunt.Gordianum natum A.XIII.qui modo Cæsar erat:Impera/

torem fecerunt:non abnuente Senatu. Cuius successi/bus cum posset Persicum nomẽ deleri insidiæ Philippi uetuerũt. Quibus circumuẽtus adolescens occisus est. Et enim occultæ proditiones ad excidium bonoꝝ excogitatæ scelera audientium prodigioꝝ augent:non fuit inulta iuuenis Gordiani cædes:quicũq̧ in eum cõiura/uerunt crudelibus suppliciis adflicti interierunt.

MARCVS ET SEVERVS OSTILIANVS.

Senatus de morte Gordiani factus certior Marcũ quẽdam uirũ grauem ac sapientẽ imperatorẽ legit:qui su/bita morte ĩ palatio:ubi habitabat:decessit:nec succes/sor dilatus est:statimq̧ lectus a patribus Seuerus Ostilianus:qui repente cũ incidisset in morbũ:Medicis male uenam soluentibus:occubuit:interea littere Philippi ad senatum adferuntur:in hiis scriptum erat Gordianũ graui morbo adfectum obiisse:& Philippum ab exer/citu imperatorẽ factum:rogareq̧ uti patres probarẽt. Senatus qui rem nondũ nouerat Augustũ Philippum confirmauit. Gordianũ inter diuos rettulit.

DE IMPERIO PHILIPPI.

M. IVL. PHILIPPVS Vostris Arabiæ urbe obscu/ris parentibus natus est:cuius fortunæ humilitas generis non obfuit. Ab teneris annis relicto patrio solo mi/litare cæpit:nec difficile hoc puero fuit. Nam Arabes optimi sunt eqtes:& militiã Romanã noscere cæperũt: in oriente res gerẽte Pompeio. Philippus haud parum diligens per gradus promotionis ascendit:comes ordi/nis deinde dux. Post præfectus prætorio. Tandem in

LIBER PRIMVS

Perside post mortē Misithei exercitui a Gordiano præficitur: & loco parētis iuuenis Imp. eum habuit. Misitheus q & idē Timessocles uir modestus ac frugi reip. & militibus moderādis tanta desteritate usus: ut utrisq carissimus fuerit: propter cuius bonitatem simul & ingenitam eloquentiam: eius filia adolescenti Gordiano nupsit: præfectusq urbi factus: tanti uiri cōsilio imperium ex omni parte augebatur: bello Persico senis prouidētia fugatus est Sapores rex Artaxersis. F. Erat aūt Sapores statura procerus & corpore horribilis. Recuperatæ urbes Antiochia quæ est Nisibis & Carre: exercitui commeatus nunquā defuit. In eo exigendo prouincialibus minime molestus. Senatus hominem quadrigis & titulo honestauit.

MISITHEO PARENTI PRINCIPVM. P. R. TVTORI REIP. S. P. Q. R.

Sunt qui scribunt & hunc cōsilio Philippi obiisse: nam cum medici poculum decreuissent uentris ꝓfluuio cohibendo: aliud fraude porrectum quo magis solueret. Post huius obitum factio Philippi plurimum creuit: frumentariæ naues eius opera interceptæ sunt. Exercitusq exuriæ cū laboraret ad loca difficiliora traductus ad quæ per Euphratem commeatus aduchi non posset amici Philippi neglegentia principis id adscribebant. Cæteri cum exurirent facile crediderunt. Iamq palam princeps adcusabatur: adolescentia culpabatur: q non digna imperio esset: tandē fames impulit pene omnes imperium comendare Philippo: qui una cum iuuene

imperaret: quod diu durare nō potuit: nam & Philip-
pus fraudolenter omnia agebat: per clādestinos amicos
noua crimina fingebat. Et iuuenis Scipionum proles.
& Augustorꝝ heres: æquatum sibi imperiū cum indi-
gnitate Philippi egreferebat. Ea res cædē Gordiano fe-
stinauit: adcessit etiam ne amor. S. P. Q. R. & militū
intellectus hominis Arabici fraudibus imperium abro
garet: hac uia iam Aug. Philippus proficiscendi ad ur-
bem concionem habuit: percussoq; cum Persis fœdere
Mesopotamiā & Assyriā hostibus reliquit: passus ui-
ctricium armorum dedecus: ut ad urbem e Syria ad-
uolaret: in natali agro urbem sui nominis condi iussit
philopopolis urbs Philopopolim: & nequis ambigat aut nominis similitu
dine decipiatur: altera est in Thracia Philopopolis: quā
Scythæ diripuerūt regum Macedoniæ opus: in itinere
consortē imperii fecit Philippum filiū: reuersus ad ur-
bem iam uoti compos plura largitus est: sed ipsius ad-
uentu lætitia haud ingens quod ꝓuincias amiserat stu-
dens sedare animos omniū: inducto cum Persis decre-
to: illis bellum indixit: sperans ignominiam abolere.
Res sine sanguine peracta est Persis ꝓuincias restituere
pollicentibus: huius imperii anno secūdo ante. xi. Kal.
Maii ingenti pompa magnoq; sumptu & adparatu sæ
culares ludi. An. A. V. C. M. celebrati sunt: beluæ tri-
umpho Persico & hiis ludis a Gordiano adseruatæ. Nā
iuuenis Natali urbis triumphare decreuerat: hæc fuisse
memorant. Elephāti. xxxii. Halces. x. Tigrides. x. Leo
nes māsueti. lx. Leopardi cicures. xxx. Hienæ. x. Hip-

popotamus unus. Rhinoceros unus/Arcoleontes. x. Cameleopardi. x. Onagri. xx. Equi feri. xl. Gladiatorum paria mille: quæ omnia in circo Maximo exhibita/& scenicos ludos in Pompei Theatro: tribus diebus: totidemq; noctibus: mirum dictu: peruigil populus spectauit: funalibus atq; lycnis tenebras uincentib9: & cũ multitudo solemnibus ludis intenta esset: incendiũ aut ex luminaribus: aut ex ignibus coalitũ in Curia diuagatum est: Theatrum Pompei arsit: & ei propinquum Hecatonstylon Centum columnarum in campo Martio: opus Centenariam porticum adpellabant: Circenses dati in quibus certamine currendi quadragesimus equorũ e carcere missus numeratus est. De ludis secularibus pauca referre haud ab re est. Eos instituisse fertur exactis regibus. M. Val. Publicola: & adpellatos quod plerũq; hominis ætas semel intueri põt: idq; aliquandiu seruatum est: postea ambitione Cæsarum cupientiũ id solemne suis temporib9 exhiberi: ordo corruptus est: & pro libidine seculares ludi habiti. Interea Scythæ qui Misitheo fidem præstiterãt: & illius nutu quieti erant: facta inruptione limites transgressi urbes & agros imperii Romani uastare: prædas abducere: cædes undiq; facere: incẽdia suscitare: domos uillas tuguria euertere: metum haud inanem inferebant. Expeditioni propere præficitur Marinus quidam dux limitis Sarmatici ab exercitu Illuricorũ imperator est adpellatus: quod cum nũtiatum esset Romæ. Philippus aduocato senatu: plurimum de Marini ingratitudine

9



questus est. Decius uir clarus hortatus est pricipem ne timeret. Quod Marinus penas daturus esset: qui post paulo cæsus seditione militari pœnas luit. Cõfirmatus imperator Vaticinio Decii contra Scythas cũ supplemento copiarum ipsum Deciũ misit: qui cum ad exercitum peruenisset concordi adsensu milites Illuriciani imperatorẽ fecerunt: renuentem ac repugnantem strictis ensibus coegerũt. Dux experientia rerum cautus: ne a principe adcusari posset: neue locũ calumniis præberet: fidissimo nunctio litteras ad Philippum dedit: qbus se excusabat suppliciter exorans: ne turbato animo ferret: ꝓmittens abdicaturum se dignitate: ad quã inuitus tractus esset. Philippus uero homo punica fraude deterior qui: ut scelera tegeret: cultum christiani nominis simulabat: expeditionẽ, scriptis etiã nouis legionibus contra Decium parauit: & cum posset per duces bellum gerere: ipse: eductis copiis: profectus est: minis ingentibus palam adserens se Decium cum toto scelerato exercitu perditurum. Hac mente turbatus uelut furore concitus ferebatᷣ. Itaqꝫ a militibus ipse Veronæ cæsus est. & Romæ filius a prætorianis. Is traditᷣ fuisse Agelastos & ludis secularibus ridentem patrem seuero uultu inspexisse: uelut illum corrigerer: Ambo Philippi uixerunt An. V. & immerito inter diuos relati.

Agelastos.

DECIVS.

IMP. CAES. M. Q. TRAIANVS. DECIVS. Au.

DECIVS bibali inferioris pannoniæ urbe natus claris parentibus ab ineunte ætate spem optimæ indolis

prebuit:in quo uirtutes cũ ætate creuerũt:ad amplis/
simas dignitates: non ambitio:non empta suffragia:
nõ corruptæ amicitiæ:sed boni mores perduxere.Igit̃
qui a militibus Illuricianis ante imperator factus fu/
erat:ab senatu Augustus est adpellatus.Is cum magni
tudinem imperii contemplaretur.P.Cor.Liciniũ Va/
lerianũ: qui postea imperauit/exercitui præfecit.Virũ
militarem & bonis moribus nutritũ:tum sexagesimũ
sextũ agentẽ annũ:& cum de Censore eligendo pote/
stas senatui data esset ab Decio.Valerian9 absens Cen
sor lectus:in æde Castoris & Pollucis:in parte fori Ro
mani uersus palatium:cuius uestigia effodi uidimus.
Ea censura probata Decio patre ac filio cos:modestia
Decii hoc passa est.Nam postq̃ res.p.unius nutu gu/
bernari cæpta est.Ipsi imperatores censores erant.De/
cius cuius uita sanctissimis institutis nunquã aduer/
sata:cupiens nihil agere nisi quantum senatus iuberet:
censuram amplissimo ordini permisit:huius impera/
toris uita quæ & ciuilis & militaris fuit multos habuis
set laudatores:si ab christianorum cruciatibus se tem/
perasset. Nam ius quintæ relationis & proconsulare
imperiũ:unde Augusti omnes pro consulibus nec non
& ius Trib.pot.Quod Augustus primus sibi ppetuo
uindicauerat arbitrio.S.P.Q.R.permisit:patris pa/
triæ cognomen adcæpit. Sed priusq̃ ad urbẽ rediret ci
uiles in Gallia motus sedauit:parũ in urbe cõmoratus
cogente senatu filiũ suũ Deciũ Cæsarẽ fecit.Patribus
rem.p.cõmẽdauit:& una cũ filio ad liberandas Thra/

Edes Cast. et poll.

ciasꝓfectus ẽſt. Nã Scythæ & Naualibus & terreſtri/
bus copiis omnia infeſtabát. Victor in primis cõgreſ/
ſibus hoſtes in anguſtias locoꝝ quæ in Dardaniis ſunt
compulit: & obſedit: expugnaſſetq́ꝫ fame: ni proditus
ab ſuis fuiſſet. Hoſtium dux per legatos petiit uti reli/
cta omni præda ſineret cũ ſuis abire trans Iſtrum: Ro/
manus impator negauit auidús illos perdendi: q totiẽs
fractis federibus inruperant: & qui ꝓuincias Romani
imperii quieſcere nõ ſinerent: & ſua ſtrage uix domiti
amiſſo rege Decibalo Neruæ Traiano illuſerint. Iãqꝫ
fere uoti Cõpos Trebonianũ Gallũ ducẽ limitis My/
ſiæ ad obſidendos aditus ne fugerẽt: cũ bona parte co/
piaꝝ miſit. Gallus cõſiliũ barbaris patefecit: & eos mo
nuit ut ſe diuiderẽt: & alii cõſiſterẽt in inſidiisꝓpe pa/
ludẽ: alii in primo cõgreſſu fugã ſimularẽt paludẽ uer
ſus. Barbari nõ nihil addẽtes cõſilio Galli rẽ peragũt.
Cũ in pũgnã deſcenderent admiratus eſt Decius quod
qui modo percuſſi metu erãt iam arma poſcerẽt: igna/
ruſqꝫ proditionis: certus uictoriæ copias educit. illi ſta/
tim terga dant: imperator inſequit᷑: cũ uentũ eſt ad in/
ſidias atrociſſima fit pugna. Vtriqꝫ magnæ cædes. De
ciani difficillime præliabantur: luto paluſtri adferente
cladem: tamẽ non moriuntur inulti: & loco & fato ad/
uerſantibus pereunt. Decius pater cũ filio occubuere.
Senior forte equo ſedens: ne uiuus aut contra in ma/
nus hoſtium perueniret inſiliit in uoraginem paludis.
Nam queſitum eius cadauer nuſq̃ repertum eſt. Re/
gnauerunt biennio nõ dum finito: Hic fuit Deciorum

Decioꝝ finis.

finis:qui:ut credibile est:se pro futura uictoria deuoue runt. Ita enim Deciorum nomen facere consueuit. Decii mares duo prioribus seculis:alter bello Etrusco:alter bello Latino:constanti animo inter confertissimos hostes pro uictoria patriæ se deuouentes occubuere. Hūc deuouendi morē primus creditur introduxisse Linus Codri. F. qui pro pr̄ia bello Dorico se deuouit. Hic miletum Coloniā Atheniensium deduxit in Ionia. Quidam scribit Decium cupientē Philopopoli ferre opem cito petiisse Berceam & inde fugatum ab Echina rege Gothorum:reparatisq; in Mæsia uiribus redisse ad hostes:qui Philipopolim cæperāt:& Priscum ducem sibi cōciliauerant. In ipso congressu ictum sagitta Decium filium decessisse:& patrem:uel ut cædem filii ulcisceretur:uel ut morte sua finē dolori inueniret:in confertissimos se immisisse hostes:& nusq̄ adparuisse:& diis ante cōgressum imolasse:ad Abrittum Mœsiæ urbē. Inde factum loco nomē:Ara Decii adpellatur. Decius pater bonitate Traiano adequatus: nomenq; optimi pricipis iudicio senatus meruit:adpellatusq; est. IMp. CAES. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVGV. Exercitum Illuricianū mire dilexit: quia ab eo primū impatoris nomē adcæpit. Senatus Decii nomine Decianas Thermas in Auentino ædificauit.

## GALLVS.

IMP. CAES. C. Vib. Trebonianus Gallus Aug. patriciorū familia ortus in quo plus fortunæ quā fidei fuit. Quāuis:cum Augustus esset;in nummismatibus ex-

13



primi iusserit. Virtus augustorum de se ac filio quasi uirtute non dolo principatum adsecutus: in tanta nostrorum strage legio quæ integra Scytharum fide remanserat Gallum imperatorem fecit: qui superfuerant ad hunc cõfugerunt: uelut seruatorem relliquiaꝝ Romani exercitus: quo rumore adductus senatus Augustum adpellauit. Licet & ipse scripserit: cũ Scythis fœdus pcussit nõ sine Romani nominis ignominia. Tunc primum diuturno & libero potentatu populo Ro. tributa pependit. Tunc primum res. p. iugum Scythicæ seruitutis adcæpit: tantaqꝫ est imperãdi auiditas: ut qui præesse cupit: & ad id fastigium legi: urbes & prouincias sine discrimine donet. Hadrianus ab aliis occupatas restituit: quod principis liberalitate uideri actum potest. Sed qui tributo pẽdendo obnoxiã fecerit urbẽ: præter Gallum: fuit nemo. Tributum fuit dragmarũ aurearum. CC. Secus euenit q̃ sperabat impator. Barbarus cum uincit insolentior est. Itaqꝫ cõtemplatus diuitias. Ro. imperii: ꝙ & sua fide ille imperaret: ac per hoc tributum pro meritis non esset: incursiones facere: prædas abigere: ingentiqꝫ agmine terra mariqꝫ sæpius irrumpere, depopulatur Dardaniam: Thraciã: Thessaliam: Macedoniãqꝫ: & Hellada: & pars infestabat Asiã Vndiqꝫ cum pluriũ urbiũ uastatione & excidio. Scytharum exemplo alii hostes surgunt: armaqꝫ capiunt: iam in uiscera Syriæ penetrãt Parthi: & Armenias fugato rege Tyridate occupant: cuius liberi hostibus se dederũt. Scythæ magna honusti præda in Dardanios

uelut regni sedem redeunt. Interea Gallus cum Romã uenisset. C. Vib. Volusianũ filium Consortem imperii fecit. Scythæ rursus nõ contenti pretio iam Italiæ minabantur. Sic Barbaricæ gentis animus nostris opib9 inhiabat. Itaq; opa Aemiliani ducis limitis Mysiæ rapacissimi hostes: nõ sine magna cæde: in suas solitudines redire coacti sunt. Ita imperiũ Galli infaustũ atq; infœlix rerũ gestarũ monimentis obscurum. Verũ clade generis humani memoriæ traditũ est. Siquidem eo imperante pernitiosa pestis undiq; uiguit. Tabes initium fuit: ab Ethiopia forte ex nimio solis ardore. Pestilitas primo cõsumptis fere meridianis p orĩetẽ diuagata est. Inde cæteras orbis partes inuasit. Vbiq; maximã partem incolentium exhausit. Pleraq; loca inhabitata reliquit. Ea labes uix intra decem annos finẽ inuenit. Prouenisse ex fœlicibus Galli auspiciis uisa est: ut qui ꝓditione imperiũ adripuit: christiani etiam dogmatis hostis. qui cum copias contra Aemilianum duceret: Victus: & ab suis militibus desertus: una cum filio cæsus est: Imperauit An. ii.

Pestilitas und.

## IMP. CAES. AEMILIANVS AVG.

AEMILIANVS Lybicus nãq; in Mauritania ortus á pueritia cæpit stipẽdia mereri: & cũ pro ætate honores promotionis non deessent: dux limiti Sarmatico in Mœsia a Decio prepositus & a Gallo minime submotus: cũ Scythæ solertissimũ latrocinandi genus cõtenti pretio nõ essent: Aemilianus pro cõcione suis militibus id pollicit9 est; si hostes uicissent. Nostri premio adcẽsi

Scythæ.

ad cõferẽdas cũ barbaris manus incitatiores facti: cũq́ nimius ardor insisteret aptis castrorum portis auidũ pugnãdi militẽ educit: q tãto impetu in hostes inlatus est: ut nõ fugauerit modo: sed bona ex parte cæciderit: illorũq́ regiones abactis prædis pene exhauserit. Reuersus in Mysiã premia adsecutus est. Aemilianus persoluit qui hoc successu adeo gratus Victori exercitui fuit ut ab eo sit imperator adpellatus: ad hos motus opprimendos Gallus una cũ filio proficiscitur: nec profecit. Ambo in primis præliis cæsi sunt: & milites Aimiliano hæserũt. Qui statim ad senatũ scripsit docens se imperatorẽ lectum esse: promittens se liberaturũ Thracias & Mesopotamiã: & Armenias recuperaturũ: & depulsurum undiq́ hostes nominis Romani. Sed priusq̃ opus aggrederet': Milites: qui in alpibus erãt: Valerianum imperatorẽ faciũt: quo nunctio adcæpto: qui sub Aimiliano erãt: ne ciuili bello: & cognatorum sanguine: se inuicẽ inficerent. Contemplantes præterea humilitatem generis Aimiliani: & nobilitatem Valeriani: simul & laudatissimos mores: eo interfecto: Censorio uiro se tradiderũt. Imperauit aũt mensibus tribus. Vixit An. xl. Ita res solo ducis capite peracta est.

## VALERIANVS.

P. COR. LICINIVS VALERIANVS Successit homo maioris spei ac opinionis q̃ fortunæ. Captus ab Sapore rege Persarum in captiuitate cõsenuit. Interea eius frater. Licinius Galien9 ab initio Cæsar mox Augustus præclara gessit: deĩde ad delitias lapsus: dũ

popinæ studet: imperium dilacerare non curat: & nisi in Galliis occidentẽ. A. Postumius: & orientem in Syria Odenatus Palmirenus defendissent: imperiũ Ro. sudore ac uigiliis fortuna & uirtute fauentibus adquisitum: Germani: Persæ Scythæq; & surgẽtes ubiq; hostes perdidissent. Verũ & Tyramni. xxx. sibi bona ex parte occupauere. Porro Galienum cũ fratre Valeriano milites Aureoli qui dux erat Illuriciani exercitus prope Mediolanum interfecerunt.

CLAVDIVS.

M. AVRELIVS CLAVDIVS deinde suscepit imperium: uir ad barbaros delendos natus: quos statim multis in locis & uicit fudit atq; cæcidit: præliis ac rerũ penuria Sarmatas Getas Scythas Quados cõsumpsit Daciam recuperauit: Victor Sirmiũ Pannoniæ petiit: ubi in egritudinem incidit: & priusq̃ decederet: conuocatis ducibus: Tribunis: & præfectis: concionatus est: præsertim de eligẽdo Imp. & longa orationis serie Aurelianum probauit. Senatus nunctiata Claudii morte eius fratrem Aur. Quinctilium Italici præsidii ducem Cæsarẽ Aug. adpellauit. Exercitus interea Aurelianũ imperatorẽ legit. Postq̃ nunctium ad urbem peruenit illius conatibus se imperatorẽ cum uideret: maleq; expertus concione militũ uoluntatem: qui omnes fauebant partibus Aureliani: uenas soluit: & post paulo decessit. xvii. imperii die: Aurelianus solus imperat: qui imperium multiplici Tyrãnide liberauit: & eius terminos auxit: rebus gestis magnis principibus non modo

17



æquandus. Verũ etiam anteferendus: interfectus me-dio itinere: quod ducit ab Heracleo bizantiũ: non lon-ge ab Zenophoro/ministri a libellis manu.


Minister a libellis

## TACITVS.

.P. ANNIVS TACITVS Post hunc imperat/Vir Egregius & rei. p. Commodo sine exercitu ab Senatu imperator & Augustus adpellatus. Tunc primũ res. p. uelut lõgo post liminio reducta suo iure ac iudicio usa est. Vtinam nec militaris furor aut nimia erga nutri-ces cura bonos mores perdidissent. Nam quãdiu sua grauitate Senatus decernit: tam diu res. p. uiribus suis consistit. Quæ tunc renascens Tacitum sui corporis legit: & militibus principem dedit: non adcæpit ab le-gionib9: aut a prætorianis iugum: sed inuidit tanto fa-cinori cælũ: Dum fama tanti principis ad suos limites producitur/fata successorem dedere. Is fuit.

## PROBVS.

.M. AVRELIVS PROBVS Vir gloria rerum ge-starum inlustris: nec potuit obesse. M. Annius Floria-nus Taciti frater: qui cũ suo iudicio ad tantũ uelut he-rediũ properaret: imperiũ & inuasit & adripuit. Itaq; cum uix duobus mensibus præfuisset Tarsi a militi-bus occisus est. Probus igitur uere Probus. Ita se & in toga & in militia gessit: ut res ipsa nomen sequeretur. Sarmatas contudit: Tyrannos extinxit: orbem paca-uit: Iudicia bonorum de se admirabili uirtute confir-mauit: pace terra mariq; parta/dicere solebat/milites





minime necessarios fore/cum desunt hostes:quæ uox plurimum obfuit/in Sirmiensi agro natali solo dum moram trahit/tumultu militari occisus est: imperauit An.vi. Mensis.iiii.

## CARVS.

:M.AVRELIVS CARVS Narbone genitus mo/lem subiit:Exercitus Imperatorem adpellauit. Is cum Probi adparatu in Persas profectus Mesopotamia re/cepta Cthesiphontē peruenit:& nisi fulmine ictus con cidisset/regnum Persicum subuertisset:traditæq; sunt rerum habenæ eius filio. rerum habenæ

## NVMERIANVS.

NVMERIANO Cui Mars in armis familiare nu/men præbuit. Minerua peculiarius adfuit:& cytha/ram præbuit Apollo:Miles:orator simul & poeta:ocu lis eger:forte aer & uigiliæ in bello Persico nocuerant: occlusa lectica ferebatur. Erat in castris Arrius Aper: cuius filia nupserat Numeriano. Huius igitur cupien/tis inuadere Imperium factione Modestus & frugi iu/uenis occisus est: Nec eius mors in ulta/ concionantem Aprum Diocletianus confodit. Imperium

## CARINVS.

CARINO Moranti in Galiis ubi erat a patre relictus obuenit. Hic primū florem pueritiæ/quem fruendum dederat: Cum adoleuisset/ab adolescentibus repetiit. Pater si uixisset abrogare sæpius cogitauit filio Cæsaris nomē/& cōferre Cōstantio uiro claro:sed hoc fata Her culio seruatū statuerāt:Carinus diu præesse nō potuit.

Pioꝝ sanguine madefactus totius ubiq; iuuentutis corruptor. Victor tamen exercitus in Perside.

DIOCLETIANVM Imperatorem legerat/qui Carinum multis præliis uicit: Non defuit Carino Vigor occupandi orbem/multūq; progressus fuisset/si nō incidisset in Diocletianum/Cum exercitu recenti uictoria ferocem. occubuit Carinus ultimo prælio ad Margum Commisso: a militibus fortissimis/quos habebat desertus. Percurri gesta. xi. imperatorum ne interrupta temporum series admirationem legentibus faceret: Ad destinatum opus redeo professus initio me scripturum de hiis imperatoribus/quorum gesta/magna ex parte fere interierant.

Explicit Liber Primus:

Incipit Secundus:

# LIBER SECVNDVS

## C. AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIANus.



OLONIS Dalmatiæ ortus: utroq̧ parente ignobili & obscuro. Quidã scribunt Libertino anulli Senatoris genitũ. Quidam scribæ filium: militare a pueritia cæpit. Cumq̧ Gregarius miles in Gallia esset: Diuersorio cuiusdam Driadis utebatur: ab qua cibaria emebat: debebatq̧ plurimum Vetulæ; Cum illa pretiũ posceret: dicere solebat: soluam cum imperator fuero: At illa subiunxit. eris imperator/ cum Aprum interficies: hac uoce augurium futuræ felicitatis adcæpit: ẽt studebat Venatum ire: sæpius contra Apros congrediens plurimos interfecit: Tandem cum Arrium Aprum sua manu cõfodisset: & imperator ob id factus esset: intellexit uocem Driadis haud uanam fuisse. Profligato & Cæso Carino Augustus adpellatus: & ab. S.P.Q.R. magno honore excæptus est: In quibusdam imperii regionibus facti sunt motus: & Tyramni non deerant. Diocletianus animaduertens Cõsorte imperii opus esse ut citius pacem ubiq̧ redderet/ Maximianũ legit: tantaq̧ fuit in gubernãda re. p. inter principes Concordia: ut alter alteri: quãuis semper honesta cupiebant: nunq̃ repugnauerit: Verũ Maximianus ut filius patri Diocletiano optemperabat. Felicissima Cognomina sibi indidere, Diocletianus Iouius: Maximianus Herculius adpellati sunt. Velut ille Iouis: hic Herculis heres. Iup/

Concordia i regno

piter Gigantes ut cæli regiã defenderet perdidit. Dio-cletianus ut orbi terrarum regiam tueretur Tyram-nos surgentes: ut Centimanos: diligenti cura: perdidit ac deleuit: & ut Iuppiter turbata pacauit elementa: Sic Diocletianus domitis ac cæsis: seditiosis homini-bus imperium turbatum Tranquillum reddidit. Iup-piter ab sua arce undiq; suum numen diffundit. Dio-cletianus quãuis uno esset in loco sua ꝓuidentia præ-sens ubiq; esse uidebat: Hercules αλεξικακοσ: a no-stris custos generis humani cognominatus. Vrbis: op-pida: agros: regiones: siluas horrendis & pernitiosis mõ-stris: & aerem infestis alitibus liberauit: simul & ge-nus humanum tutatus est: Maximianus post salu-bre temperamentũ uirtutis: & Imperii adsertor: nun-quam nisi reddita toti orbi securitate quieuit. Cona-tus contra rem. p. dispulit. Hercules qui magna ges-sit materiam præbuit Camenis concinendis: harumq; comes habitus est. Vnde Musagetes adpellatus: Ma-ximianus laborum Herculis æmulus niuosas alpis ma iore conatu tutior calcauit. Latrones plurimos toto Imperio exegit: superiora secula gestis adæquauit: pe-stilentem aerem in perpetuam salubritatem restituit: immissis in perpetuas foueas paludibus materiam ca-nendi poetis exhibuit. Hercules Iouis. F. Maximia-nus Diocletiani. Veram igitur cognominis adoptio-nem duo Cæsares augg. meruere: Inter quos quidam clarior ac præcipuus amor usq; ad sapiẽtiæ finem per-durauit. Eam sic adpello cum imperiũ deposuere: Ita

Hercules.

Musagetes.

cognomiẽ pr̃is: ac filii unanimes nihil orbi pacãdo præ termisere: Maximianus tumultus in Galiis quos Amã drus & Elianus excitauerant sub specie Tyrãnidis cum tota factiõe bugaridarũ: hoc noĩe se adpellauit. Turba rusticorũ cõpressit mira celeritate: statimq; deleuit. Ita pax Galliis restituta est. Inde trãslatus in Aphricã gentianos deuicit: qui uix pacẽ impetrauit. Quinquagenarii & supra eum numerũ annorũ: hi milites fuere: qui Aphricã diripiebant: cupientes sibi regnum uindicare: pululantib9 per uaria loca nouis bellis cõcordes augg. duos adoptauere (Diocletianus Galeriũ Maximi | Maximianus Constantium cognomine Cloron. Cæsaresq; fecerunt: & præter adoptionem adfinitate iunxerunt. Nam coacti repudiare primas uxores: nouas duxerũt: ille Valeriam Diocletiani. F. Hic Theodorã priuignã Maximiani. Erat in Gallia Herculius: Iouius uero in Aegypto: ille Gallicas ut diximus: hic euersis duabus urbib9 superato Achilleo pacauerat Aegyptum | urbes prope ueteres Thebas positæ erant dites ac populose. Busiris & Copos: spem rebellionis augebat Achilleus: cuius cõsilio fere tota dissenserat Aegyptus: tandẽ cæsis ubiq; auctorib9 defectionis intra nouẽ menses quieuit prouincia (Seminariũ relligionum | in qua Archisinagogi plurimũ auctoritatis habebãt. Alexãdrea uero obsessa & .viii. mense capta est. Impator contentus optimatum cæde abstinuit á multitudine: Achilleus uero meritas luit pænas: feris oppositus & dilaniatus: Terra uero ubiq; cædibus potentium maduit. Frustra contra

Galeriũ. Constantiũ.

Busiris et Copos.

23



Craussium Brittanniā insulam occupantem arma cæpimus per duces Maximiani/qui anno.vii.ab socio p insidias petitus occisusq; est.& is Tyrānidem sumpsit. Qui tertio post anno ab Asclepiodoto præfecto pr.uictus est. Britanniæ:x.post anno q̄ defecerant recæptæ sunt.Brittāniam circūfluam oceano aborigines tenuere:nomen indiderunt Brittāni cōtinentis: qui sunt intra Gallos & Hispanos:uocati post Brittones:& hii accolæ oceani insula potiti.Eo deinde cōcessere Hispani: Galli:& Germani.Primus Romanoꝝ.C.Cæsar insulam ostendit:Vespasianus imperāte Claudio captis regibus domuit. Huc cū frequentes irent Romani paulatim nostros inbibit mores. Constantius uero multa præclara gerēs in Galiis semel cum esset apud Lingonas populos eodem die uarietatē fortunæ expertus est. Alamanni magno impetu inrumpunt Constantium in fugam uerterunt. Is ad propinquā urbem fessus se cōtulit. Cuius portæ hostili metu occultæ fuerant:& nisi demisso fune per muros sublatus fuisset eū hostes captiuum abduxissent.In urbe hortatus est robur suorū: qui eo ante cōfugerant:ne talem ignominiā paterent: Post concionatus est ciuibus ut arma caperent & dedecori abolendo auxilium præstarent. Ita apertis portis erumpunt:hostes fugant:& prope.lx.milia cedunt. Ea uictoria liberatæ Galliæ:adtritæ Germaniæ:suas uires omisere:quas reparare nisi non sunt Alamāni. At in Egypto erat Diocletianus:ut res turbatas in oriente sedaret. Narses,n.modo Armenias modo Mesopota-

Brittones

miã acri bello quatiebat:& cũ eo conuenerant propin/
qui reges:ac duces præcipui. Rex Scionitarum:& rex
Albanorũ:priusq̃ bellum contra Persas explicemus:nõ
alienum forte erit acerrimi progeniem hostis aperire.
Regnaũ in Perside Artaxarses quidã ex genere illius:
qui per seditionem a militibus regnum adcæpit:Persis
præfuit. Huius filius fuit Sapores Saporis Hormis/
das Hormisde Vararanes. Huius uero Vararaces: Va/
raracis Vararanes secũdus qui Narsen filiũ regni suc/
cessorem reliquit. Contra hunc ab Diocletiano missus
est:Galerius:&,n.ipse expeditionẽ parare cupiebat in
ethiopas:Si res in oriente prospere succederent. Gale/
rius iuuenili ardore ausus est contra multitudinẽ con/
gredi:& æquo marte discessit:Inde fact9 animosior nõ
longe a carris iterum congressus:paulo inconsultius q̃
antea:dũ sperat uincere supatur:amisso fere toto exer/
citu:itaq; repulsus redit in Syriam:& inde ad Diocle/
tianum:occurritq; Augusto in itinere:ad quẽ antea ad
uersi belli fama uenerat. Galeri9 purpura indutus. Nã
Cæsar erat mille passus ante Carpẽtũ idignati pricipis
pedes cucurrit:ueluti homo Gregari9:& auditus nõ ẽ.
Tandẽ priceps post minas iussit uti ex lectissimo sup/
plemento exercitũ reficeret:& in Persida rediret igno/
miniãq; aboleret. Is ex militibus Daciæ Illuriæ ac My
siæ pugnacissimas copias & robustissimas coegit:& cõ
tra Persas meliore auspicio profectus hostem inuenit.
In Armenia maiore:qui ex receti uictoria sumptis ui/
ribus prouincias imperii Ro. secundo marte uexabat.

Maximinus uero iratũ principẽ placare studẽs abolendæq; ignominiæ adcensus: priusq̃ manus cõsereret: hostiũ stationes ipse habitu gregari diligẽtissime explorauit. Interea Diocletianus cũ firmissimo subsidio Mesopotamiã cõcesserat. Vt nostris animũ & hosti terrorem præberet. Ibiq; Cercusiũ oppidũ spatio ampliauit: menibus & turribus inexpugnabilibus muniuit. Galerius cũ. xx. milibus equitũ ex improuiso hostilia castra noctu adgressus innumerabiliũ Persarum strage: decus nostrum non modo ultus est: sed felici usus uictoria: fines imperii longius ꝑduxit. Vetus oraculum falsum esse ostendit. Antiquissimi Vates cecinerãt. Romana arma Cthesiphontẽ transire nefas esse: & duces qui ausi fuissent pænas darẽt: Putant. M. Crassum id cogitantẽ cũ exercitu periisse. M. Vlpiũ Traianũ transgredi ausum Italiã nõ repetiisse: & qnq; ꝓuincias trans Tygrim statim amisisse: satiusq; fuisset iter nõ tentasse: legiões longo labore adtriuit: & fere cõsumpsit: & q̃uis Victor longius produxerit terminos tamẽ nõ multũ profecit: nescio an sic uoluentibus fatis: an culpa successoris Hadriani. Cthesiphontẽ cupiens trãsire superato Tygride Valerianus ab Sapore rege Persarum captus est. Verum Odenatus Palmirenus Victor Romanæ maiestatis Cthesiphontẽ usq; trans Tygrim peruenit. Carus Imperator exercitũ Probi Sarmatico bello late uictorẽ duxit in Persida: hostile regnũ uastauit. Seleuciam cinctam Euphrate quã olim cæperat Helius Verus Antoninus expugnauit. Deinde Cthesiphontẽ & longius ꝓgredi

uolentem uel morbus uel ictus fulmine cælo turbido & corruscãte absumpsit. Galerius de quo nũc sermo est totã Assyriã expugnata Cthesiphonte cæpit: & quinq; puincias Transtygritanas: quæ statim redeunte ad nos Traiano defecerant: subegit & impio adiunxit. Victor rediit ad Diocletianũ: & post impauit Augustus: illud sane constat numinũ oracula bona ex parte uana: & fidem raro implere: & si quando euenerit uix intelligi & sæpius eludere credẽtes: adeoq; præstat rõnibus & experimentis atq; consulto res adgredi: & si in rebus bellicis fortuna plurimũ sibi uindicat. Tamẽ credibile est etiã uirtute augeri atq; ampliari: ut in ppagando Ro. imperio facile animaduertere licet. Nam si de rebus futuris certa starent Vaticinia. Virtus pro nihilo esset: Non eo inficias celitus nostra gubernari. Verũ sapiens non uano consilio multa aduersa effugere potest: incõsultum & insipientem prosperi successus prætereunt: illos uero non audio: ut in uita Maxentii post dicemus: qui ad magarum monitus ac diuinationes res omnes componunt: præter hoc quod diuulgatum iam erat aliud occurrit Auguriũ: Aciem explicanti contra Narsem Maximino Leo & Aper trucidati oblati sunt: Tages aruspicũ princeps uisum Leonẽ exitialem pugnaturis putat: Verum & hæc ut oracula sæpius uanescũt. In Maximini uictoria fugatus & uulneratus Narses: quẽ uictores usq; ad inuios parthiæ montis psecuti sunt: regis proles fere omnes & uxores & sorores captæ sunt: pleraq; Persarũ nobilitas abducta: Reguli ducesq;

Oracula uana.

Virtus ualet.

& triumpho tam inlustri reseruata: & q̄uis per legatos ab rege conualescente petita: ꝑmissa tamen: sed nō statim restituta. Ictum uero est fædus ut Persæ ab Armeniis Mæsopotamia Assyria & quinqꝫ nouis prouinciis abstinerent. Diocletianus rebus toto oriente cōpositis: Europam repetiit: ubi iam Scythæ Sarmatæ Halani & bastarnæ iugum subiuerant una cum Carpis Cattis & Quadis. Admonendi sunt qui legerint pro Maximino in quibusdā Codicibus Maximianū esse: & hoc qui e marmorib9 epigrāmata exscripsere satis indicāt: scilicet simul imperasse Maximianū & Constantium & deinde Maximinū & Seuerum: errorqꝫ est: aut ab librariis: aut ab hiis qui ex lapidib9 adcæpere. Nos uero cōfusi decernere non audemus: Aera lapidesqꝫ indicabunt sed in eo summope heremus: quod priori Maximiano præponitur Herculius: posteriori Galeri9: dūqꝫ incerta aura ferimur: sit hic Constantii Conlega Maximianus: Anno post q̄ hæc scripseramus Seraphin9 Antistes sancti Petri a uinculis. & Vilelmius Heda Alfinius comertio litterarum mihi ualde familiares & antiquoꝝ monimentorum diligentissimi indagatores cum urbem Ro. repeterent secum attulere epigrāma ĩ agro forosemproniensi ex saxo quadrato exscriptum. Aeterni Imperatores Diocletianus & Maximian9 Augusti: Perpetui Cæsares Cōstantius & Maximianus pontem Matauro. Romæ in tēplo ueste nuper reperto ad foꝝ: Ro. in quadam marmorea basi. Dedicata. xiiii. Kal. Ian. Constantio. iii. Et Maximiano. iii. Cæss. Coss. Cu-

Seraphinus
Vilelmius Heda.

rante. Aur. Niceta. alias plures. Q m̃ hac uia multum profecimus studiosis consulendũ arbitramur uti ꝑquirendo hiis uestigiis insistant. Quod si fecerint sciãt uelim & se nostræ linguæ plurimũ conlaturos & laboris gloriam cõsecuturos. Ex barbaris multi adducti capti ui: qui non fuere securi cæsi: sed post triumphũ in Romani imperii finibus positi: ut una cum ueteribus incolis habitarent. Rgiones enim adsiduis incursionibus uastatæ fere in solitudinem ierant. Rediere ex diuersis partibus orbis ad urbẽ principes seniores: quoꝝ auspiciis limites imperii Romani lõgius ꝓducti atq; ꝓlati.

## MAGNITVDO IMPERII ROMANI.

Ab ortu usq; ad Indos propagati imperii fines: nõ Euphrates: non Tygris uetũere: non superbæ regum Persarum minæ: A meridie Aethiopes per legatos adcersere: ab Aquilone barbaræ feræq; nationes Sarmataꝝ domitæ: ab occasu Gensoriacus oceanus admirabilis uictoriæ testis est: simul & Brittãnicus. Igitur toto terrarum orbe undiq; Romana arma inlustres uictorias adsecuta sociis lætitiã præbuere: rebellibus mætũ terroremq; pugnare cupientibus: porro Persæ armis Ro. cedere cõfessi ĩtra positos terminos se tenuerũt. Post tot uictorias maximus triũphus ab Senatu decretus & inclyta cognomina principibus indita ab deuictis populis. Diocletianus uero Romanoꝝ principum uictoriosissimus diuinos honores Impatoribus augustis habendos præcæpit. Nam cũ priores ut consules salutarent̃: primus ipse uoluit adorari: uelut in eo esset celestis ma

Impij Magnitudo

Dioclitianus

29.

Persarum Mos.



iestas: Persarum iste mos: quorũ princeps Rex regum adpellatur & adoratur: fratrem solis ac lunæ se nuncupans: imperatores antea manus exosculandas nobilibus præbebant. Post suis manibus subleuabãt ad oris osculũ. Vulgus Genua exosculabat: Diocletianus edicto sanxit uti oẽs sine generis discrimine ꝓstrati pedes exoscularentur: quibus etiã uenerationẽ quandã adhibuit exornans calciamenta auro/gẽmis/& margaritis: quod fecisse ante. C. Caliculã memorant: eundẽ ornatũ inmiscuit uestibus ut augustior esset: & cum cõtentus esse debuisset quibus priores fuissent insignibus: quæ Priscus Tarquinius adcæpta ab Etruscis induxit: repperit ex ipso habitu uti deus haberetur: maioreq; sumptu uanam Arsacis gloriã superaret. Itaq; ueste gemmata/& aureo gemmatoq; curru cum imperii consorte triumphauit: ingenti ferculorum pompa: ante precinentibus & saltantibus lætitia militibus: quibus libertas erat scõmata in ipsos effundere triumphantes: ipsa quidem fercula primus ostẽdit Romulus/qui ramũ quernum manu cæpit: in quo cæsi Acronis regis Ceninensium opima Ioui Feretrio in Capitoliũ tulit: Ferculis apud ueteres ferebant spolia cæsorum hostiũ sanguinolẽta: postq̃ arma Romana longius ꝓuecta uicere fabricata fuere cũ signis & monimentis uictoriæ: quæ possent manibus militũ ferri: inferebant fere omnes triumphi uia Appia: porta Capena. Ea.n. uia ampla & .viii. mil. pas. ab urbe frequens ex utroq; latere habitata: & inde in Capitoliũ rectũ & amplũ iter. In quo lignei primũ

Scommata

Appia uia

cõtinuiq; arcus: post marmorei colũnis suffulti. Vnde multitudo satis cõmode triumphum spectare posset. Cuius ordo non semp idem: uerũ qui tum fuerit talem adcæpimus qualem Diocletianus cũ consorte habuisse memoratur. Templa deorũ ĩmortalium tota urbe patebant ornata sertis ac floribus spirantia arabicos odores: itinera ubiq; repleta pinguibus mensis & lætis poculis: ut fessi uictores se recrearent: præferebantur in uehiculis tabule: signa: Collossi: hostium Galeæ: Toraces: Ocreæ: Peltæ: Scuta: Vexilla: Pharetræ: Tela: arcus: enses: frena: & Equorum picturata strata: opes: tapetes: & quæ prætiosa & digna spectaculis deuictis hostibus adlata erant: & modo ex oriente: ut puta Assyriis: ac Persis: Tentoria & ex Babilonico opere multa. Post ingens hominũ grex qui in uasis ferebãt aurũ argentũq; & purũ & signatũ: singula uasa ualidi iuuenes humeris ferebãt. Post argentei crateres: pelues: phialæ: calices: uestes: & tota regia suppellex: & uasa ex solidis gẽmis: hinc ferculo℞ multitudo: & hos sequebant᷑ Tucines bellicũ clangorẽ intonãtes: deinde boues auratis cornibus quo℞ medios uictæ cingebãt: nec nõ & frontib9 uictatos ad sacrificiũ succincti popæ hoc est ministri agebãt. Sequebant᷑ & alii ministri cũ argẽteis patinis: regia dehinc ꝓles uxoresq; & nati & sorores cũ pincernis seruisq; ac nutricib9: & pleraq; Persa℞ nobilitate patrio more uestiti oẽs sed pullati: spectãtiũ oculos: & si hic impleuit numerus: Tamen læctiores reddidere tabulæ duæ: altera ipsam Persida ostendẽs suppliciter

Triumphi ordo q̃lis!

31



tollentem manus & exorantem a populo Ro. gentium uictore ueniam: altera Narsen regem fugientem conspiciendum præbebat. Post ingens captiuorum turba satis mæsta: in qua fuerũt Scytharum & uariarũ gentium duces: qui lacrimas effundebant: præferebantur aureæ coronæ & munera uictori dono data. Propius currum præcedebant homines stipitibus sudibusq; adcensis qui turbam submouerent. Post triumphantium currus ex auro & lapillis prætiosis quẽ trahebant quattuor equi candore certantes cum niue. In quo sellæ curules duæ ornatæ gemmis: in quibus sedebant principes terrarum triumphantium: capitibus imminebant uictoriæ alatæ: Diocletianus ut cæteri antea una fuit corona ex lauro cõtentus simili & conlega. Reges uero Persarũ Thiaram qua utebantur tribus coronis exornabant: currum sequebantur captiuitate liberati raso capite & pileati: deinde equites laureati, Illud etiam lectorem ne fugiat arma uictorum fuisse in triumpho laureata & qui triumphabat ex lauro coronam cũ peruenisset in Capitolium post sacrificia ponebat in Iouis gremio. Primi triumphi fuere currus: clypei: arma horrida: & spolia perfusa sanguine. Bello Punico secundo .M. Marcellus deuictis Syracusis ostendit: opes & signa intulit & deorum simulacra: in quo reprehẽsus est ab. Q. Fabio Maxi. qđ relinquere debuisset deos suis iratos: ut ipse prius fecerat de Tarentinis. Verũ inualuit cõsuetudo Marcelli. Nam lõge antea captis uehis. M. Furius Camillus Vehientanã Iunonẽ intulit urbi.

# LIBER SECVNDVS DE TRIVMPHO.ET OVATIONE.

Operæpretiũ est cognoscere hoc in loco/quid sit triũphus:quid Ouatio:& unde sint factæ uoces:nõ solum Corographia sed etiam interpretatione uerboꝝ historia ornatur. Licet primũ simplex fuerit narratio & nuda: tamẽ non caruere laudibus qui exornauerũt. Triũphũ primus mortaliũ post indicam uictoriam ostendit bacchus:nomenq; ab re inditũ est:milites eius foliis ficoꝝ: quæ θρια dñr uultus cooperuerunt:Iambos:& Scõmata canentes:quæ sunt licentiose dicta mixta salibus in eũ qui triũphat. Post uero milites usi fuere rythmis. Scribnnt alii triumphum dictũ εκ Τογ Τριων hoc est tribus uelut ordinibus:senatorio:populari:& militũ: ab quibus celebris est triumphus. Cognomẽtũ baccho triumphanti inditum. M. Varro tradidit. Vnde clamabant omnes/io Thriam Βε bacche/Io nos cõuertim9 in triumphum:& Romani milites dicebant/Io triumphe Io triumphe. Tradunt & Scenicos priusq̃ ora fecibus tegerent foliis ficoꝝ usos fuisse. Triumphus uero non idem ualet quod ouatio. Domitis multa cæde hostib9 habebatur triũphus:& boues cornibus auratis mactabantur:& bos ipse qui mactabatur in triũpho Thriambos etiã dictus. Cum uero hostes sine pugna & sanguine cum ducibus nostris conuenissent/Q m̃ res peracta sine cæde esset/ouatio erat. Pedes ingrediebatur urbem qui sic uicisset sine ferculoꝝ pompa:myrto coronatus: una cum militibus:quia ea arbor dicata Veneri quiescere ab armis ostendit. Tibicines ouantẽ præcedebãt:

Qui primus triumphum ostendit

Triumphus unde

Ouatio quid sit

Myrtus Veneri d.

33



quæ paciferæ choreæ instrumenta sunt. In sacris ma/ctabantur oues: unde ouationis nomen. Modo de triũ/pho centuriæ decernebant & comitia erant centuriata. Modo senatus. Primus Romanorꝝ qui quadrigis ur/bem inuectus est fuisse Priscus Tarquinius memorat̃. Sunt qui malint. P. Valerium Publicolam. Prima oua

Ouatio prima (...)

tio data est. P. Postumio Tuberio: qui fuit conlega Me nenii Agrippæ Lanati: & huic triũphus datus. Ille pri mũ cõtra Sabinos re male gesta liberatus est ab Agrip pa/in altero prælio causa uictoriæ fuit. Ita cũ ambobꝰ honos haberet̃ senatus huius laudis decus excogitauit: ut nõ sella curuli: sed pedes cũ exercitu exciperet̃. Verꝝ sanguis in ea uictoria & nostrorꝝ & hostiũ effusus est. Post uero ouationẽ hiis dedere qui conuentione uicis/sent. In triumpho clangor tubarꝝ. In ouatione concen/tus tibiarꝝ: ille Martis: hic Veneris est. Illud etiam huic loco addendũ puto: quod Romani ꝓfecturi ad bellum Nemesi sacrificabant/& munus Gladiatoriũ edebant: quod non sine ratione factum arbitramur.

## DE NEMESI DEA.

Nemesis Dea.

Virgo & uictrix Nemesis numẽ fuit/quo q ex malefa/ctis delinquebãt puniebant̃. Vnde Victores Nemesim nõ frustra inuocabãt. Romani. n. semper iusta mouere arma. Cæteræ nationes odio & maliuolẽtia liuoreq̃/q đ imperiũ tãtæ urbis iustitia augeret̃/tela in populũ Ro. capiebãt. Nemesis/quã pleriq̃ existimauere eẽ uim for tunæ: alii filiã iustitiæ: alii uim quandã esse inter cele/stes discurrentẽ: prima rerꝝ semina: quæ fatorꝝ & sortiũ

uires tempat atq; emendat:rebus humauis trutinã ad/
hibens:e cæloq; terrena despectans:nocẽtes punit:bo/
nis præmia largit̃:& cum sit uelocissima:quia diu non Nemesis qualis!
permittit impios præesse:atq; crassari:alata fingitur a
ueteribus:& eius pedibus supponit̃ rota:cum citissime
discurrat. Sed tãdẽ multitudine scelerũ indignata:ocu/
los iam diu ab rebus humanis auertit:& cum genitrice
in remotiore parte cæli:ultra terrarũ regiones:nõ redi/
tura:renascentẽ orbẽ expectat. Rhãnusia est adpellata Rhamnusia
ab Rhãnunte oppido Atticæ regionis:ubi templũ & si
mulacrũ habuit:& ab Adrasto Adrastia. Roma tẽplũ Adrastia.
huic deæ posuit in Capitolio:ut inde suã urbem posset
ulcisci. Ludus uero Gladiatorũ ut effusione sanguinis
non expauescerent. Quidã tradunt hac specie pugnarũ
uelut deuotionem fecisse pro futura uictoria. Trium/
phauerunt autẽ uictoriosi & felices Augusti Anno im/
perii.xviii. Post tantã felicitatem cum haberetur glo/
riosissimus principum Diocletianus:secum sæpe nu/
mero contemplans fortunæ mobilitatem:decreuit im/
perio se abdicare:& in priuatam secedere uitã:gestorũ
Pompei admonitus Veteranus princeps:cum quisq; de
rebus futuris ambiguus sit:nõ expectauit incertæ ui/
cissitudinis aleam. Raro enim permanent usq; ad exi/
tum successus:& si in primo Augusto fuisse uideãtur.
Tamẽ & adcæptæ in Germania clades:& domesticæ li
bidines:hominis felicitatẽ turbauere:& quod minus fi
eri debuerat Liuia uxor uenenatas porrexit ficos:ut cũ Liuia Uxor
ctantem in sene animã citius educeret. Scribunt quidã

39



duces post triumphum solitos se ocio dare:& laudibus efferunt. M. Catonem postq̃ de Hispania triumphauit non quieuisse:sed foro & publicis negociis incubuisse: quod si in Diocletiano quis obiceret longe aberraret. Neqꝫ.n.honor triũphi:neqꝫ ætas inbellis:sed metus rer̄ humanar̄:quæ aut rarissime:aut nunq̃ consistunt:imperiũ deponere suasit. Eius etiã consilio ferum & asper̄ ingenium Maximiani:qui solebat in omnibus Cõlegæ non repugnare:adquieuit. Igitur eodẽ die:nam ita conuenerant:Iouius Nicomedie:Herculius Mediolani:rẽ monimentis Romanor̄ incognitam:& nepotibus non minus dignam memoratu:q̃ admirabilem:peregerũt. In quo Iouii animus ueram phiam est imitatus:adfirmans tũc illuxisse diem:& habuisse uitæ principium. Quod magnis molestiis esset liberatus. Philosophi adserũt dominatũ adpetere nõ est sapientis hominis:& id cogitasse Augustum scribunt. Sed uetitũ ab amicissimis & .M. Aurelius imperiũ molestias uocabat. Tamẽ ambo se excusant & rem laudabilem ab amicis impeditam dicunt. Verum ille sibi uixisse testari potest:qui priuatus sine rer̄ publicar̄ cura:& studioso ocio:& rei rusticæ:felicissime indulsit. Stimulis Conlegæ ut imperiũ una repeterent contradixit. disseruitqꝫ se peste liberatũ nolle amplius uenena imbibere:satis se pro rep. elaborasse:& tempus adpetiisse ut sibi uiuat:& uixisse nõ posse testari:nisi postq̃ in patria sua hoc est Salonis holera seuisset. Cum ille res angustas pro ea dignitate quæ præcesserat obiceret. Respõdit non esse turpe ho-

Imperiũ Molestias

Ille sibi uixit

mini: qui summū bonum in animo posuerit: honestam profiteri paupertatem: exemploq; ueterū & præsertim .C. Fabrici castam opinionē confirmabat. Vocatus ab Cōstantino atq; Licinio excusauit per litteras senectuti minime licere: cumq; illi egre tulissent: rescripserunt se non admittere excusationē: quod fauisset Maxētio atq; Maximiano. Trebellius Pollio meminit Diocletianū dicere solitū cum in priuata esset uita: nihil esse difficilius q̄ bene imperare. Nam quisq; pro uoto de principe loquitur: Ad hæc principē cubiculo clusum uera mīe noscere: aures suis præbere: & hoꝝ uerbis adcendi ac se dari: magistratus creare: deniq; sit qui imperat bonus: sit cautus: sit optumus/omnino uenditur ab aulicis: ac decipitur: & interrogatus quæ esset potissima in principe dos. Respondit liberalitas & clementia: hæc cum in Aureliano defuisset adserebat ducem esse debuisse/non principem: asperitateq; Conlegæ Imperator sæpius detestatus. In eoq; summope studuit ut liberalitatis & clementiæ cognomen adsequeretur. Vnde ut mihi uidet Iouius adpellatus: Nam qui iuuat largitur ac parcit. Ius uero ab quo clementia abest crucem ueteres adpellauere: uixit Diocletianns An. duo de octoginta: imperauit An. xx. Mansit priuatus Salonis An. x. Scribūt quidam stupore mentis & longa egritudine cōfectum animā inter suspiria efflasse. Quidam hausto ueneno interiisse. Quidam decreto senatus perfracta gula occubuisse. Vt ego existimo de Herculio adcipiendū esse non de Iouio: Q m̄ cum penituisset Herculium adsen-

Imperare difficile.

& Imperat Venditur

Maximianus mortuus e.

Thermæ Diocletiani

sisse conlegæ:& inde animũ hominis non flexisse:con/
tulit se ad urbem simulans filio ad gubernacula auxi/
lio fore:milites indignati sunt:quod ea tẽtaret statimq;
subiunxit:se hoc figmento uoluisse experiri an milites
Maxentium amaret:unde tumultum suppressit. Inde
profectus est ad Constantinum generum suum ex fau/
sta quæ in Galliis erat:& clanculum quærebat genero
insidias:Res aperta est uiro per uxorem:quæ patri ma
ritum prætulit.Itaq; iussu generi captus Massiliæ strã
gulatusq; est:hunc finem meruit Maximianus Seue/
rus Asper & imitis:qui ubi conlegæ obtemperauit pri
uatũ uiuendi statũ sequi debuit. Diocletianus:qui ab
tãto rex culmine secesserat:nullius cõsilio adduci po/
tuit ut peniteret.Igit̃ priuatus cũ esset:post mortẽ iter
diuos relatus est.Thermæ eius noie Romæ sunt conse
cratæ:& Maximiani Herculii Carthagini. Thermæ
nois Diocletiani incoatæ fuerũt a ueterib9 principib9:
& cõsecratæ ab nouis Augustis Cõstantio & Maximi
no. Diocletianus igit̃ incoatũ opus absoluerat omni
cultu pfectũ:secuti principes posuere ibi statuas & se/
niorx & nouorx impatorx:quorx capita integra & frag/
mẽta reliq̃ corporx erui ex subterranea testudine:uelut
ibi post ruinas Thermarx cõseruata:uidim9:& partim
in Capitoliũ delata:partim Florẽtiã missa.Cõstantius
& Maximianus inuicti Augusti Seuerus & Maximi
nus Cæsares Thermas ornauerũt:& Romanis suis de/
dicauerũt.Sit ne in noibus ambiguitas diximus.Hæc
didicimus ex fractis marmorib9 ibi effossis:in quibus

& tituli uictoriarum Maximiani Herculii in hæc uerba.

M. AVR. VAL. Maximiano inuicto Aug. Pont. Max. Sarmatic. Max. Gotic. Max. Imp. VIII. Cos. III. P. P. proconsuli.

ET ITEM VIENNAE ALLOBROGVM SIC.

D. D. N. N. Impp. Cæs. C. Aurel. Valerius Diocletianus. PP. Inuictus Aug. muris Curalonensib9 ædificiis prouidentia sua institt Tis. atq; erectis portam Viennensium Herculiam uocari iusserunt.

ET IN FRONTE ALTERIVS PORTAE VRBIS IDEM EPIGRAMMA IN FINE SIC.

Portam Romanã Iouiam uocari iusserunt. Nam Diocletianus Ioui9 est dictus: & Maximianus Herculius. Iouius & Herculi9 ab Gallis adeo dilecti: ut ab eis duo populi noĩa sumpserint: Iouiorum: & Herculiorum: & Viẽnẽses duas urbis portas Iouiã & Herculiã adpellauere: ut epigrãmata docent. Porro Diocletianus aurei sæculi parens & Maximianus ferrei existimatus.

CONSTANTIVS CLORVS ET GALERIVS MAXIMIANVS.

Seniores Augusti priusq̃ se imperio abdicarẽt Augustos adpellauere adnuente Senatu Constantiũ & Maximianũ. Ille natus est patre Eutropio: Romanæ gentis nobilissimo: qui genus ab Aenea deducebat: & Matre Claudia Claudii Aug. F. ut Galliis Hispaniis Italiæ & Aphricæ præesset. Hic ut Illurico Græciæ & orienti imperaret. Cõstantius natura mitissimus & diuitiarum spretor administrationẽ Aphricæ & Italiæ recu-

Constantius

39

Abacu.

Maxentius.



sanit. Quod existimabat ab uno tantũ põdus minime substineri posse: & quotiens feriatis diebus epulum dedisset: uasa argẽtea adcipiebat ab amicis ut abacũ exornaret. Nam & ipse paucis contentus ab fictilibus non abhorrebat. Tanta modestia uixit: ut facilem & amabilem se cunctis præberet. Vnde plurimũ diligebatur. Eoq; regnãte in Hispaniis: Galliis: & alpibus: nulli motus fuere: & hostes populi Romani ab armis cessauere. In hac placida quiete ex Theodora liberos suscepit Cõstantinũ Anaballianũ: & Constantiũ: ac Constantiam. xi. anno ex quo Cæsar est factus occubuit: morbo absumptus: Eboraci. Sic est oppidi nomen in Brittannia & inter diuos relatus. Galerius: postq̃ Constantius Italiam & Aphricã reliqt adoptauit duos Seuerũ & Maximianũ: illum præfecit Italiæ & Aphricæ: hũc oriẽti. Romæ aũt prætoriani Imperatorẽ fecere Maxentium non abnuente Senatu: qui non ut Aug. sed ut Tyrannus imperauit: prætorianis eum ad hanc seuitiã impellentibus: Aberat ab urbe Seuerus cum prætoriani Maxentiũ creauerunt/ad urbem cito rediit. Sed Maxentii uires incredibile dictu statim creuerãt: Seuerus impar aufugit: & cũ Maximianũ peteret: qui in Illuriis erat: Rauẽnæ captus cæsusq; est. Ab cuius cæde Maxẽtius gloria elatus ciues Ro. libidinibus primũ inde cædib9 uexare cæpit. hinc odio haberi cæptus est. Maximian9 cum adcæpisset de morte Seueri consortem imperii legit Licinium Dacia oriundum: qui genus suũ ad Philippum Aug. referebat. Qua de re in monimentis pu-

blicis illius nomē adoptauit dictusq; est. M. Iulius Li/
cinius Licinianus: qm̄ ꝑauus: ut ipse dicebat: fuit. M.
Iulius Philippus. Licinii uirtus in re militari bello Per
sico contra Narsen Maximiano cognita ante fuerat.
Hic Licinius fuit qui subuertit in Perside tumulū Gor
diani. Quod titulus uidebatur progenitoribus suis in
iuriam facere. Multa tamen præclara gessit: & priua/
tus & Aug. Maximianus relicto i Illuriis Licinio: Ro
mā proficiscitur pugnaturus contra Maxentiū. In iti/
nere cum adciperet de futura multū defectione: qui ita
conuenerant si cum Maxentio conflixisset: Illuriam re
diit: & iam penitebat legisse Liciniū. Incidit postea in
morbū. Vlcus inguinibus innatum uirilia exedit: Mar
cescente tota illa corporis parte. Vermes pulularunt: re
media deerant: Medici desperauere: & si erant qui no/
ua tentassent/admouere manus nō audebant: metuen/
tes ne a seuissimo principe occiderētur. In hoc cruciatu
cum esset suspicatus est ob sæuitiā in christianos id per
peti: Vnde reuocauit decreta & sup induxit illos adcer
siri iubens ut pro salute principis orarent: Sed pro tru
culento & sanguinolento homine præces non ualuere.
Si. n. conualuisset: redisset ad solitam crudelitatē. Itaq;
ex eo morbo periit homo gloria rei militaris inlustris.
Verū sæuitia in christianos crudelis: unde fædum exi/
tium habuisse creditus ē. Regnauit solus annos duos:
cum Cæsaribus & imperii consorte An. XVI. Aduer/
sus Licinium Maximianus in oriente res nouas moli/
tus oppressus est: & ne uiuus caperetur se strangulauit.

f

Vulcus inguinib. innatū uirilia

91



Tarsi imperauit An. VII. & is contra christianos toto oriente: si non Truculentior: tamẽ non inferior Maximino fuit. Interea bona pars nobilium Romanorum per clamdestinos nunctios Constantinum: qui in Galliis imperabat: exorant uti urbem Romã: imperii caput: Tyramnide liberet: qui sæpius adcersitus tandem cessit præcibus: & uix quarta parte exercitus Italiam petiit: Maxentius Asperitate similis Maximiano patri: Sæuitia Domitiano & Commodo plerosq; claros uiros occidit: bona adcæpit. Noua uectigalia inuenit: in occidendo & omni uia exigendo pecunias inexorabilis factus: huic etiam mulieribus stuprandis libido in extinguibilis; captus amore nobilissimæ & castissimæ fœminæ misit ad eam ministros libidinum: quos solos Aulicos habere consueuerat. Quibuscum de re. p. consultabat. Vir puellæ metu mortis abduci non uetabat uxorem: illa quæ christiana erat petiit se ornandi tempus: & impetrauit. Ingressa cubiculum sibi manus iniecit. Illi cum torquerentur mora inrumpunt: & rem uti euenerat ad principem referunt. Quo exemplo plures adpetere non est deterritus: sed magis adcensus. Adcæpto nunctio de copiis Constantini: quæ Italiæ fines tenebant exercitum educit. Quintus erat annus imperii Constantini: qui multis præliis Maxentii conatus plerisq; in locis: præsertim in foro Iulii: fudit. Postremo coacto exercitu intra menia urbis se continuit. Maxentius: & cum nihil unquã gesserit sine responsis muliercularum: consuluit Magã

Maxentij Natura

de belli exitu. Illa omnia prospera uaticinabatur admonens: ut cæsis infantibus: prius aduersa numina placaret. Ad hoc diem & horam dedit quando educturus esset exercitum: & manus conserturus: qui sacris peractis rem pro Magæ consilio egit. Victus tamen est ad pontem moluiũ magna strage. Ipse seu fugiens seu numinibus magicæ uanitatis actus. In Tiberim una cum equo insiluit: submersusq; est: & nusq̃ inuentus. Cacodemones corpus animãq; ad perpetuos cruciatus rettulere. Scribunt alii conantem euadere gurgite fluminis haustum: & imis retentũ harenis: ac limo. Sunt qui referunt Tiberinũ patrem indignatũ deuorasse: & statim euomisse & caput recisum adhuc sæuitiam: ac libidines: præseferens spectaculo fuisse ante currum uictoris. Hunc exitum Maxentius meruit magicis artib9 q̃ imperio aptior. Sæuus in cæteros sibi non pepercit.

Maxentij mors.

Quicunq; magos consulunt: & uaticinia aut auspicia rebus gerendis querunt: semper sunt anxii: & nunquã inter metũ & spem auidi futurorum quiescunt. Si illi prospera nunctiant inani & uana spe iam tum lætari incipiunt: sin contra repente tristitia adfecti torpescũt. Heu miseros mortalis ibecillitas ingenii & mens stupida huc illuc distrahit: atq; suspendit. Insana sane sunt documenta quæ nostra credulitas excogitauit: ut acrius torqueremur. Vtinam facesceret a mentibus hominum tale figmentum/quod esse falsum & nullius momenti etiam maiores nostri tradiderunt. Maxentius filius ne Maximiani an suppositus uxori simulanti par/

Magos Consulut

tum ut carior esset marito prolem cupienti ad nos qui tam remoti ab illo sæculo sumus disserere nō pertinet. Verum & hæc sunt prætorianorum militū semina: rapere: stuprare: necare: incendere: satis edocti: quoꝝ scelera indomita abhorrendam fecerant consuetudinem: Stipatores & custodes principū ipsos pricipes ad omne genus & sæuitiæ armabant. Hii primū Venale imperium proposuerunt. Quid hiis ducibus ausa non est insania commodi Antonini? Quod turpe atqꝫ crudele nō excogitabat præfectus prætorio etiā de capite principis decernens? Hoꝝ iudicio Helius pertinax uir bonus & reip. utilis cæsus est. Quid dicam de Balbino & Pupieno quoꝝ armis fluctuās res. p. constiterat. O. Romule parens urbis quid te profecturum credidisti cum auspicato hos celeres primus legisti. Male auspicatus es eos constituisse qui opus tuum perdituri essent. Sed querimoniæ in alia tempora differantur.

Pretorianorum militum semina

## .M.IVL.LICINVS LICINIANVS.

LICINIVS In Dacia natus parētibus agricolis & ab hiis puer nutritus. Vtinam inter rusticos cum aratro & sarculis consenuisset: extrema pueritia militauit: promotusqꝫ Tribunus mil. bello cōtra Narsen: qui primus Armeniā Romanis ablatam Persarum iuri adscripserat: optime se gessit: unde duci semp postea gratꝰ fuit. Mortuo Seuero Maximinus ab uirtute rei militaris consortem imperii fecit: & Aug. adpellauit. Prius Illuriis post orienti præfuit. Litteraꝝ acerrimus hostis adferens uenenū ac pestem rei. p. esse philosophos & ora-

Licinius hostis fuit litterarum

tores:quos odio præcipue habuit:& mirifice insecta/batur. Litterarum.n.adeo expers ut nomen decreti uix subscribere posset. Sectæ etiam simpliciũ christianoꝝ minime parcens. Iure igitur Constantinus contra Licinium uires Gallicanas & Italicas expertus est:nec adfinitas prohibuit:& Licinii ingratitudo ferenda nõ erat. Nam Galerii liberos adfines iure sodalitatis & consortii interfecit. Sunt qui scribunt Licinium in nuptiis ut Cõstantino gratificarentur milites adpellasse imperatorem:& ab Constantino missum cõtra Galerium:Sed uerisimilius est imperatorem factum ab Galerio:ut simul & hostilitatis litterarum & ingratitudinis adcusari posset. Primi congressus fuere in Pannonia:ubi uictus concessit in Macedoniã:ibiq; reparantem uires:& magnas copias cogentem inprouisus Cõstantinus adhortus fũdit copias dissipauit in Thraciã fugauit in Asiã. Cõuenere duces federe tamẽ incerto:modo pax:modo bellum erat. Culpa datur ab historicis Licinio:qui sæpius tentauit fortunam:ac propterea infidus:tandem & naualibus & terrestribus præliis uictus deditionem Nicomediæ fecit:missusq; est Thessalonicen:ubi homini maligno & musaꝝ hosti:etiam contra sacramenti reuerentiam minime fuit seruãda fides:ut deditus esset:& priuatus uiueret: occisus ẽ a militib9:meritasq; luit pænas:homo septuagenarius:& Vecors. Impauit An. XIIII. & nequa turpitudine careret christianis aduersabatur:sæpiusq; rogatus ab Constantino non destitit. Hinc semina discordiæ fuisse memorant. Scribũt qui/

dam ante deditionẽ Constantiã uxorẽ cõcessisse ad fra/
trẽ:& orasse pro impio mariti:deinde pro titulo tantũ:
& nõ impetrasse. Cum pro salute præcaret̃ flexisse ani/
mũ frĩs. Ita Licini9:qui annis.xvi.præfuerat iussus est
sine purpura & insignibus ad Constantinũ uenire:mis/
susq; est Thessalonicen:ut illic priuatus cũ uxore dege
ret. Impator scripsit ad senatũ ut de Licinio qd agendũ
esset cõsuleret. Senatores rescripserũt ut milites decer/
nerẽt. Quod ubi nunctiatũ est:ꝓficiscentẽ Serras Li/
ciniũ interfecerũt. Opinio fuit imorantẽ Thessalonice
Liciniũ inisse cõsiliũ de resumẽdis armis:& ideo mis/
sos interfectores. Ab christianis historicis quod tradit̃
prætereundũ nõ puto. Ad Hadrianopolim cũ pugna/
ret cõtra Liciniũ fert̃ Cõstantinus uidisse duos Equites
cedẽtes legiones hostiũ:& in agro byzãtino uidisse lu/
men satis corruscãs supra castra:& antea:cũ certamen
fuisset ante oculos urbis cõtra Maxentiũ:cõspexisse in
aere crucẽ irradiantẽ suas legiões:qbus signis ubiq; ce/
litus uictoria data est. Ea uera esse qs est qui ambigat.
Vetustas.n.ꝑsuasit Castorẽ & Pollucẽ bis hostes impii
Ro.ꝓfligasse:bello Latino:& bello Macedonico. Vti/
nã qui pugnãt certa starẽt, Erga deũ fide. Sed prælian
dum esset cõtra hostes fidei. Tunc signa certæ uictoriæ
nr̃is turmis & cohortibus diuinitus micarent. Sed qm̃
semp bello ciuili occupant̃ christiani:& odio intestino:
pacẽ inuenire nõ possunt:& quãdiu hæc rabies erit nõ
cessabũt:furta:rapinæ:raptus mulierũ:& pueroꝝ:cæ/
desq; sine discrimine ætatis:& sacerdotii reuerẽtia:ua/

Prodigia

ſtationes agrorum:direptiones urbiũ:atq; euerſiones:
& tẽplis minime parcũt:uiri ſacrilegi quieſcentes mor
tuos turbãt:auidi ſanguinis ciuilis:ac prædæ. Mali de
mones ſic implicuere nr̃as mentes:ut relictis ueris ho/
ſtib9:quos longa pace frui permittimus:in nos noſtro/
rumq; membra armatas & ſanguinolentas cõuertimus
manus. Baſſarides bacchi numine cõcitate in furorẽ ſe
inuicẽ nõ trucidabãt. Agant quæ nõ feminã bacchantẽ
ſed in religioſum filiũ trucidauit:ubi ad ſe rediit ſeceſ/
ſit in Antrũ:& locũ penitentiæ dedit:at nos nunq̃ cæ/
dis penitet. Immo exiſtimamus ad laudẽ & gloriã ad/
cedere q̃ plurimos iterficere:ac ſi hoſtes nõ ciues eſſent:
culpandi ne ſint principes qui ad tã pnitioſum facinus
ſtipendia ſoluunt:iudicent alii. Illud uero auſim dicere
chriſtianos oẽs ſub uno ſigno crucis militare:& noſtrã
relligionẽ unicã eſſe remp. Vnicã ipſius dei urbẽ:cu/
ius nos ciues ſumus:& bellũ inter nos eſſe nõ poſſe niſi
ciuile:iuſta arma noſtro ſæculo inter tot rei.p. Salua/
toris noſtri reges ac duces:unus Ferdinãdus rex Hiſpa
niaR mouit:cuius ingenita uirtus diuinitus adiuta:ui/
ctis:fugatis:ptim cæſis:& ptim ſub iugũ actis hoſtib9:
palmã diuinæ & imortalis gloriæ iuenit. Vtinã deus fe
lices ꝓroget ãnos:ut ſedatis motib9:quos omni uia pla
care ſtudet:ad laudabile & ſanctiſſimũ redeat opus:uñ
plures coronas q̃s meret ſibi atq; uxori Lati9 uindicet.
Iam ſatis cõmode digreſſi ſumus. Licinius laude nõ ca
ruit in eo qđ adpellare ſolebat Eunuchos & ſecretiores
Aulicos qui fumos uenderẽt tineas & mures palatii.

Ferdinandus Rex hispaniarum

Mures Verdi

Constantinus

# LIBER SECVNDVS

## .M.FLAVIVS VALERIVS CONSTANTI-NVS MAXIMVS PIVS FELIX. SEMPER AVG.CONSTANTII PII FILIVS.

CONSTANTINVS Natus est in Brittanniis: pa-tre Constantio: matre Helena: quã uir coactus fuit re-pudiare: ut Theodoram priuignam Herculii duceret. Extremam pueritiam quã parens litteris moribus & re militari fouendam præbuerat. Egit sub Galerio Maxi miano in oriente: ab quo iam adolescẽs missus est cum exercitu cõtra Sarmatas: gentem ferocissimã: cædibus hominũ adsuetam. In ea expeditione iuuenculus plusq̃ promitterent anni gessit: & prærer opinionẽ hostes pro fligauit: atq; cecidit. Ducem Sarmatarum catenatum ad Galerium duxit: qui ea uictoria minime lætatus est. Q m̃ adolescẽtẽ perdere quærebat: ut olim Euristheus Herculem: propter eam causam hortatus ut cum leone in Theatro pugnaret. Cõstantinus auidus gloriæ in cer tamen descendit: feram pertinacissime uicit. Spectato-res miris laudibus efferebant. Subridens imperator co gitabat maioribus periculis obiicere. Cum intellexisset Cõstantinus insidiis se peti: cum fidissimis quibusdam aufugit: & ad patrem rediit: qui iam antea de filii uirtu tibus certior factus erat: & spem haud uanã de illo con ceperat: mortuo patre regnum Galliarũ Hispaniarũq; & alpium Cottiarũ testamento relictum adcæpit. Eum antea pater Cæsarem fecerat. Cælesti nunctio admoni tus cum egrotaret: ut primum Constantinũ successorẽ faceret: qui esset ab Tyramnis Romanũ imperiũ libe-

raturus: & militibus dei opem laturus. Illud constat in initio sanxisse: ut agri uillæ oppida: quæ ad uictũ emeritorum contributa erant: ad heredes transirent. Vnde milites sibi magis obnoxios ac deditos reddidit. Prius ex uetere consuetudine Tribunus præfectis. Comitibus & ducibus: qui pro augendo imperio cõsenuerant dabantur agri: uillæq; ut necessaria suppeterẽt: quoad uiuerent parrochias uocabant. Cum imperasset in Gallia An. III. in summa laude ubiq; erat: interdũ impellente Fausta uxore opinionibus ueterum hesit: & diis sacrificauit. Adcersitus per litteras occultis ferentibus nunctiis ab senatu Italiam cum parte copiarũ petiit. Cum Maxentio cõflixit auspicio fulgidæ Crucis uictor fuit. Eadẽq; felicitate sæpius Liciniũ superauit. Victo Maxentio. S.P.Q.R. Quod Tyramnide liberatus esset Marmoreũ arcum triumphis insignem inter palatium & celium posuit: qui nũc mutilatus conspicitur: adpellatusq; est liberator urbis: & fundator quietis. Exceptusq; est insigni & triumphali pompa. Hæc Laurus Italiam dedit & Aphricam: fuissetq; hiis orbis partib9 contentus: nisi Licinius ultimi belli ciuilis causam præbuisset. Verum iam antea christianis obesse destiterat: solusq; in toto imperio populi Romani cum imperaret cognomen induit Maximi. Quod antea duo inter tot duces ab rebus gestis nõ adcæpere & magni dicti. Alexander Macedo & Cn. Põpeius. Alexãder uero Antonii Pii Sobrinus ac filius adlatum a militibus renuit. Alexandri uero Sobrinus & pater magnus Antoninus

Fausta uxor.

Arcus Constantini

49



Pius in monimentis ut adpellaretur mādauit. Inditæq; sunt & adpellationes aliæ: ut puta Constantinus restitutor humani generis: ꝓpagator imperii ditionisq; Romanæ: & fundator æternæ securitatis. Ex Fausta Herculii quinq; liberos suscæpit: Constantinum: Constantem: & Constantiū: Helenamq;: & Constantiam: & ex priore quæ fuit ab eo dilecta susceperat Crispum. Ante Licinii cædem: cum ille priuatus uiueret Cæsares tris fecit. Crispum Constantinum & Licinium Iuniorem sororis. F. Post bella ciuilia militaris gloriæ semper adpetens multis præliis uicit Sarmatas & Gothos Thraciam diripientes: & omnem fere Scythicam gentem: quibus & pacem dedit. Barbaræ nationes ob id Augusto deditissimæ fuere: Constantinus: dum hostes habuit: optimis principibus equandus. Postquā ex omni bello Lauream adeptus insolens factus est: amplo indito Maximo cognomine: & certe non meruit cæde suorum ac plurimorum nobilium, Ferunt Faustam Crispum priuignum: cuius amore capta erat: Ad libidinem sæpius tentasse: & renuentem dettulisse ad maritum illum uoluisse uim inferre: & uirum præstitisse fidem: iussisseq; interfici: cæsusq; est Polæ oppido Istriæ. Post aliquot annos comperta causa occidisse uxorem. Illud fit uerisimile insidiis Faustæ circumuentum Crispum occubuisse: ne peritia in militando filiis obesset: & propterea post paulo sublatus est Licinius Iunior. Non caruit ex eo quod factum est suspitione Constantinus. Quod aliquot: quos nouerat cædis illoꝝ mise/

reri:perdidit.Poſt quinquēnalia quæ Nicomediæ edi/
dit:& deīde data ſunt Romæ liber curis ſuſpitioſis atq;
moleſtiis decreuit animo urbem ſui nominis edificare:
& primū in Aſia in Sardico agro:poſt ad Sigeū Troa
dis:ubi fundamenta iecit.Tertio tranſtulit opus Chal/
cedonem:ubi iam muri erecti erant. Sed aquilæ funi/
culos regulares ter quaterq; architectis rapuere:& trāſ/
miſſo mari abiecerunt Byzantiū/periti augurandi illo
transferri urbem iubent.Imperator ueluti diis monen/
tibus mutauit mentē.Itaq; tranſlati Byzantium Archi
tecti: ductis rite foſſis:urbem in medio ſpatio condi/
dere,Condi cæpta eſt ante.V.Eiduum Mai.Sed poſt/
quā inmortali deo ſacra rite perſoluit. Cōditam urbem
Mariæ Virgini:quæ ſola eſt deipara:conſecratam de/
dicauit. Valenti Mathematico cura data ut inſpecto
urbis Horoſcopo nunctiaret de eius ætate:ille reſpōdit
opus duraturum Annos.DC.XCVI. intelligēs quod
tam diu futuri principes rebus imperii nihil eſſet detre
cturi:& tam diu conſilio Senatus res.p.eſſet gubernā/
da/poſt quod tempus Tyramni eſſent imperaturi: qui
rem.p.diſſiparent: & ad priuatos Tyramnulorū uſus
transferrent. Qui totum lac ex uberibus ouium emul
ſerit/agnis fraudans cibum:prædo eſt:non paſtor. Vi/
ſumq; eſt propter hoc Byzantium antiquū inſtaurari:
quod ab Seuero pertinace fere totum euerſum fuerat:
triēnali obſidione. Cauſa fuit quod Peſcēnius niger ab
Antiochenis adpellatus Auguſtus Byzātiū cōtra opes
Seueri bene muniuerat:& firmis præſidiis occupaue/

Mariæ Virgini urbs

rat:deinde instauratā deleuere milites Gallieni ut nul-
lus ex antiquis permaneret Incola. Vrbs est Thraciæ:
claustra pontica uocant:in angustissimo freto propon-
tidis posita:uelut arx incursionibus barbaroꝝ propul-
sandis. Mænia antiq̄ ex lapidibus quoquouersus. IIII.
pedum ab continente præalta:uersus mare magis de-
pressa. Sed par undiq; latitudo:duos habuit portus:
utrinq; clusos:ferreis catenis:& in frontibus eoꝝ emi-
nentis turres. Cōstātinus lōge firmius muniuit & mul-
tis monimentis exornauit:pleraq; ornamenta tota Asia
& Europa & Aphrica ad ei9 dedicationē aduecta sunt:
Ex urbe Roma genetrice coclidem columnā porfiriam
transferri iussit:& locari in foro lapidibus strato:& ua
riis signis circundato:& ex Troade Aeneam statuam
Apollinis mirandæ magnitudinis: supposito eius ti-
tulo:numinisq; sublato capite suum adcomodauit:co-
lumnæq; super posuit:nec non & clauū tormenti Sal-
uatoris:statua post multos annos regnante Alexio:co-
gnomento Comeno:cecidit uiolentia uentorū deiecta
quod tanta moles in illa altitudine consistere non pote
rat:in ipso casu fracta:multos in foro spatiantes contri
uit. Transtulit ex arce quæ fuerat Ilii palladium:ut cre
didit uana supstitio:olim cælo lapsum:& Dardani ma
nibus excæptum. Scutum id fuisse quidam scribūt:ut
Romæ Ancilia:aliter sentiūt Diodorus atq; Dion. Pal
ladium signū fuisse ligneū & tricubitale cælo lapsum:
in Pesinunte urbe Phrygiæ:dextra tenens hastam:leua
colum & fusum:& ad eum locum duce boue deuenisse

Claustra pontica

Clauus xpi.

Palladiu(m)? quid!

Dardanũ: deos rogasse ut signum darent: statimq; decidisse e cælo Palladium. Alii scribũt Chrysen pallantis filiam in Arcadia nupsisse Dardano: & signum Palladis quod Palladiũ est secum tulisse ad domũ mariti: una cũ signis magnorũ deorũ: qui sunt penates: & hæc translata in Samothracen: & inde in Frugiam. Nec mirum est in Arcadia contigisse. Nã & ibi natus est Iupiter in oppido: cui nomen erat Creta: e cuius Vertice nata fuit Pallas. Stesicorus & Euphorion tradũt sublatum Palladiũ ab Vlyxe & Diomede opera Antenoris: cuius uxor Theano Palladis sacerdos adseruabat. Veteres scribũt urbis omnes fuisse sub tutela Palladis: & eã esse præ cæteris numinibus urbium custodem: & eius sacerdotem Nautium comitem Aeneæ cum in Latium nauigaret: eiusq; deinde posteros quoaduiguit dea|cerimoniis præfuisse. Silius Italicus adserit ab Diomede datum Aeneæ: Nostræ historiæ narrant seruatũ fuisse Lauini: postea trãslatum Romã & adseruatum in templo Vestæ. Quid autem id fuerit cum penatibus multis uerbis disserũt. Nemo tamen uidere potuit: Itaq; in ambiguo est an Dardanus|an Ilus susceperit: fuerit ne ligneum an Aeneum signum|aut scutum: & remansisse Ilii: an aduectum Romam nemo est qui adfirmet|ubicũq; fuerit inde Constantinus ferri iussit|Constantinopolim|& locari ĩ foro: credibile est fuisse simulachrũ ut uox indicat. Palladis. n. statũa ubicũq; fuerit Palladiũ dicitur: Hieronymus ait Constantinum nudasse urbes: ut Cõstantinopolim ornaret: ut in foro Traiani ornãdo

Iuppiter ubi nat9!

Urbes sb pallade

priores fecere principes: nec illic constitere ornamentã sæpius irruentibus Barbaris: præsertim Getis urbẽ suã titulis honoribus Nearomã habendam censuit: & lege sanxit: illuc deductis multis antiquorum Ro. familiis: & liberam fecit. Cum antea lege Seueri sub iure Perinthiorum esset. XXX. imperii anno tricẽnalia dedit. In quibus mutata mente cum peniteret eius quod fecisset in adfines Dalmatiũ Anauallliani fratris. F. Cæsarẽ fecit: & una cũ filiis heredẽ statuit. Hic Dalmatius cũ imperasset an. III. factione Cõstantii in oriente a militib9 occisus est: & eodẽ anno multi nobiles cæsi cũ Alladio præf. prætorio: cũ libelli dati essent de errorib9 quorũdam episcoporꝶ manu adcæpit Constantinus: & ꝓiecit ad ignẽ: adserens nolle de episcopis decernere: ut qui in ea auctoritate & ueneratione sint peccare non possunt. Helena Augusti mater quæ totã se dederat nostræ relligioni octogenaria diẽ obiit. Filius in tẽplo. XII. apostoloꝶ cõdidit. Ibi. n. cõmune sepulchrũ sibi posterisq; suis fecerat: Iam senex Persis Mesopotamiã diripientibus bellũ indixit: paratas ad hoc opus copias eduxit: classeq; trãsuexit. Ipse Sotiropolim urbem petiit: quæ Pythia ante uocata est: ut aquis callidis senile corpus foueret: uiribus pro ætate cõseruandis priusq̃ se ablueret Medici Pharmachon dedere: Ministri corrupti pretio: ut scribũt: ab adfinib9 nocua imiscuere. Ille intrepidus poculũ ebibit: post paulo incidit in morbũ: quo ingrauescente ductus est in uillam publicã prope Nicomediam. Interea Constantinus qui copias omnes Antio-

chiæ cogebat contra Partos: cum adcæpisset de patris aduersa ualitudine: Nicomediam aduolauit. Vt pater diligentius curaretur. Medicorum fomenta nihil profu/ere. Intrinsecus absumente ueneno mortuus est: & ab Nicomedia Constantinopolim regale perductum est funus: comitante filio Constantino: & cum genetrice se/pultus: Iulianus in oratione de Cæsaribus scribit Mer/curium interrogatum a patruo Constantino quis esset modus boni principis: respõdisse: Regẽ oportere mul/ta possidere & multa inpendere. Constantinus in ini/tio bonis principibus similis: Post bella ciuilia uelut omni metu liber contra ius equitatis plerosque occidit: minime suis parcens: & liberalitatis Augustorum ĩme/mor cæpit esse parcus: & interdum nimis tenax: glo/riæ tamen adpetens militaris: rebus gerendis fortuna/tus & felix: quod prouenisse ex eo fertur. Quoniã fi/dei christianæ plurimum fuerat: mirumque est cum de/ditissimus fuerit lauachrum renascentis uitæ in extre/mum uitæ suæ tempus distulerit: ut existimo uolens id in Iordane: iturus contra Persas: efficere: baptizatusque est ab episcopo Nicomediensi: illud in eo principe lau/dabile memoratur: quod si quos ex uulgo priuatus di/lexit: opibus honestauit: non dignitate prætoria: aut consulari: uti priores principes: nulla habita hono/ris ratione: fecerunt: cumque fuerit armorum studiosis/simus: eloquentiæ expers non fuit: ac philosophiæ: & indisserendo satis adcuratus: dicere frequenter solebat pro utilitate rei.p. Imp. non debere labores recusare:

Constantinus mort

Constantinus.

& partem corporis recidendam si remediũ non admitteret: sin contra fouendam: ea similitudine notabat malos homines qui emendari nequeunt. Vix. An. LXVI. Imperauit. XXXII. minus mensibus duobus. Quidã tradunt Constantinum orbem heredibus testamẽto diuisisse. Quidam filios sorte fecisse.

## DIVISIO IMPERII ROMANI.

CONSTANTINO Obuenere Galliæ Hispaniæ: & Alpes Cottiæ: Brittãniæ: Orcades: Ibernia: Thyle. Constanti Italia & Aphrica cum insulsis Illuricũm: Macedonia: Achaia: Pelopõnessus: Græcia: Constantio oriẽs & Thracia: cuius caput Constantinopolis & cũ eo Dalmatius imperauit in omni actione patruo q̃ patri similior: sed uirtus obfuit. Nã factione Constantii Patruelis: ut diximus: seditione militari interfectus est. Cum imperasset An. III. neq; prohibente: neq; iubente Constantio. Sed credibilius est huius clamdestino consilio facinus peractũ fuisse. Constantinus qui in Gallia imperabat minime contentus legatos misit ad fratres petens ut fieret noua diuisio: & cũ non proficeret post longas querimonias fisus opibus Gallicanis: & equitibus Hispanis: & Alpino peditatu: bellum ciuile contra ius & fas mouit: & primum inuasit propinquas regiones: Constans tunc erat in Dacia pugnans contra Getas & Sarmatas. Constantinus ad Aquileã peruenerat. Cuius in agro obuiam fiunt milites a fratre missi: qui conatũ repellerẽt: & cum ille longe uiribus præstaret: quia per summũ nefas arma cæperat incautius cõgreditur: la-

pſuſq; eſt in inſidias:quibus exercitus circumuentus in medio cæditur:Equus principis uulnere ictus ſeſſorem Conſtantinum deiecit.Cum iaceret humi ſine purpura incognitus multis ictibus cõfoſſus eſt. Imperauit trien nio non dum finito Vixit An.XXV.

CONSTANS Poſt meritam cædem fratris omni co/natu ſuperatis alpib9 Galliã intrat:uarioq; euentu pu/gnans biennio partem fratris adſecutus eſt:præfuit ali/quandiu ut bonus rector.Poſt ſiue debilitate naturæ:ſi ue amicis ſuadentibus animũ ad delitias flexit. Ex quo in leues articulorum incidit egritudines:quæ hominẽ reddiderunt difficilem:moroſum:auſterũ:unde factus eſt prouincialibus grauis & militibus inliberalis.Ea cã ſeditionẽ peperit. Erat in exercitu Magnentius comes ordinum Auguſtæ:urbs eſt Germaniæ conuiuiũ mili/tibus exhibuit a mane ad ueſperas more gẽtis. Inde cu biculũ ingreſſus:ſtatimq; egreſſus eſt indutus purpura multis ſatellitibus cinctus:qui conſcii non erant coacti ſunt adſentiri:abiitq; cũ omni turba in prætoriũ:& do natiuũ dedit.Poſitis cuſtodibus cauit nequis rem aperi ret aut referret.Conſtãs quærens mitigare tedia articu/laris morbi ubicũq; fuiſſet uenatibus operam dabat: & ad ſiluas diuertebat:ubiq; cum formoſis Puſiuncu/lis ludebat:& bacchabatur:etiã fruens illorum tenera ætate.Ad eũ miſſi percuſſores qui inſidiarentur offen/derunt Conſtantem uenatione feſſum quieſcentem:in/greſſi tentorium nihil tale cogitantẽ interficiunt.Q ui dam dicunt eũ uigilem cognouiſſe parricidas:& abiſſe

in ꝓpinquum templũ:& insignia imperii deposuisse: & ab altaribus tractũ cæsum fuisse. Scribũt eius Horoscopũ inspectum a Mathematico:qui dixit periturũ gremio genetricis. Nã Helena auia mortua Fausta matre Constantini filios nutriuit:& ut parẽs Cõstans occisus est:in oppido haud lõge ab Hispaniis:cui Helenæ nomen erat. Cõstans si exẽplo Ciceronis didicisset non armasset in suam cædem Magnentiũ. Opilius Lænas reus capitis. M. Tullio defensori caput abscidit:Magnentius seruatori suo mortẽ intulit. Nam cum milites exorto tumultu in Illuriis occidere uellent obiecto paludamento Impator texit at seruauit. Discant ideo qui legerint/illoꝝ misereri/& illos tueri/quoꝝ uirtutes cognitas habeant:aliter pæna/quã illi propter flagitia meruere/in defensorum capita resilit:pauci præterea repeniuntur/qui norint gratificari. Vixit Constans an. paulo plus. XXX. Impauit. XIII. Milites trucidarii & cõiurati Magnentiũ Imperatorẽ salutant:cum hæc nunctiata essent Romæ Nepotianus Imperator a populo & mirmillonibus factus: Heraclides Senator Fautor Magnentianæ factionis populũ decæpit:factaq; proditione Nepotianum Augustorum sororis filium: quẽ Gladiatores cingebãt/simulans uelle cum eo loqui obtruncat:caput Pilo fixum per urbis itinera deportatũ est:Imperauit dies duode. XXX.

Discant omnes q.

## MAGNENTIVS.

MAGNENTIVS Comes duoꝝ ordinũ dolo Imperator factus/Cõstantis noie litteras scripsit sub illius si-

gno ad eos qui præerãt uel cohortibus uel urbibus: qui statim ad Imp. uenirent: quos in itinere cædi iussit ut non esset qui motũ faceret: iam & Roma cesserat. Eius enim factio plurimũ ualebat. Cõstantius tũc in oriente aduersam fortunã cõtra Persas experiebat᷑. Igit᷑ ingẽti agmine Italiã petit: & Mediolani diu imoratus fratrẽ suũ Decentium Cæsarem fecit: misitq; cum exercitu uti Gallias tueretur. Iamq; tota Italia & Aphrica Magnẽtii erant. Factio Illuricoꝝ duce Brittãnione cum nouo Imperatore sentiebat. Ad Constantiũ legatos misit cũ litteris uti orienti & Thraciis contentus esset: qui nihil respondit. Constantius Gallum patruelem Cæsarẽ fecit: & reliquit in oriente: ipse hesperios petiit ulcturus fratris cædem. Sed ne sua Roma bello ciuili uexaretur misit ad Magnentiũ concedens Galliam si arma deponeret. Tyrãnus sperans uincere non paruit. Ideo ambo ad pugnã se parant: Magnentio priusq̃ congrederetur Maga cõsuluit, Virginẽ iugulare & cruorem uino miscere: potandumq; militibus præbere. Mos est imaniũ Barbaroꝝ cũ aliquid secretius agunt. Ipsa interea carmina pagebat: post hæc ꝓfana sacra fit pugna utrinq; magnis copiaꝝ uiribus ad Mursam. Vicit Cõstantius magna hostiũ & suoꝝ strage: uerũ hostes ad multã ptẽ noctis cæsi: Tyrãnꝰ dimisso equo & insignibꝰ in abitu eqtis aufugit. Equũ suũ reliqt: ut qui uiderẽt existimarent sessorẽ esse mortuũ. Victor impator die sequẽti cõscendit tumulũ: ex quo tota planities conspici poterat: quã cũ uidisset repletã cadaueribꝰ ingemuit, cæsa fuere

ſupra.LIIII.milia pugnatoꝝ:omnes cæſi iuſſu princi/
pis ſepulti ſunt. Qui uero uulnerati non perierant ui/
ctoris beneficio curati & conſeruati. Exercitus Tyrãni
fuit ex.XXX. milibus.Conſtantii uero.LXX.miliũ
pugnatoꝝ habuit.Periere illinc.XXIIII.Hinc prope
.XXX.Ea pugna adtritæ fuerunt imperii Ro. uires.
Nam hii qui cæſi & numero & robore ad quæuis ex/
terna bella ſatis fuiſſent:Magnentius poſtq̃ in tutũ lo/
cum ſe recæpit:relliquias profligati exercitus collegit:
& nouo milite ſuppleuit.Cupidus rurſus aleam dimi/
Alea Dimicationis cationis tentare:& priuſq̃ experiretur miſit unum e ſe/
natoribus grandem natu ad Conſtantium quod uellet
omnibus:præterq̃ Galliæ:Cõſtantius hominem reiecit
opinatus illum ſpeculatorem ueniſſe.Poſt miſit epiſco/
pos nihil prouinciaꝝ querens:ſed tantũ ut liceret mili/
tare ducis titulo:quibus nihil reſponſum eſt.Quod cũ
adcæpiſſet exercitus Tyrãni:plærịq; milites abierũt ad
uictorem:Tyramnus intelligens ſibi dimicandum fore
exercitum ex copiis Gallicanis reparauit:miſitq; dum
milites cogeret adſuetum parricidam multis pollicita/
tionibus Antiochiã qui Gallum confoderet:ut illo cæ/
ſo Conſtantius relictis rebus heſperiæ cogeretur orien/
tem petere propter Perſas:cum trucidarius Antiochiã
perueniſſet domum cuiuſdam uetulæ diuertit adpoſi/
Orontes Fluminis tam fluuio Oronti:qui labitur per eam urbẽ:Orontes
antea dictus Ophites:poſt ab filio Cambiſæ regis Per/
ſarũ ibi ſubmerſo uocatus Orontes. Hic in cæna poſt
uina rem cõmunicauit cũ paucis:quos inuitauerat:mi/

nime expauescens mulieré ætate confectam: illa clam se proripuit & quod audiuerat ad Gallum rettulit: qui statim omnes comprehendi iussit atq; necari: ubi quæstionibus ordine suo negocium aperuerunt: Magnentius quia tale consilium irritum fuerat: rursus præliari statuit. Victusq; est & aufugit Lugdunum: comites ut uictori grati essent consilium ineunt Tyramnũ capere & Augusto tradere: ille ubi se custodiri cognouit: cum fugæ locus deesset: furorem simulauit: & primũ fratri Desiderio uulnera intulit: quæ nõ fuere lætalia: post interfecit quosdam amicos; tandem se cõfodit: hic exitus fuit ingrati hominis. Decentius Cæsar qui Gallias tuebatur audito fratris casu sibi metuens laqueo apud Senonas usus est. Desiderius adcessit ad Cõstantiũ ab quo liberaliter exceptus est: Gerũtiũ Magnẽtianæ factiõis comitẽ exilio uictor mulctauit dum in Gallia esset.

## BRITTANNION.

BRITTANNION Ante Tyramni pericula quõ cũ conuenerat & Imperator ab Illuriciano exercitu adpellatus Mursæ: quo tempore & Nepotianus Romæ posita purpura & Gallica ueste indutus Constantiũ adiit & obuius uenĩeti factus est in Thracia: obuolutis pedibus ueniam petiit & impetrauit. Imperator senem ducem amplexus patrẽ eũ uocauit & Cænæ adhibuit: ab quo multa de Magnẽtio intellexit. Deinde iussit abire Prusiada Bithymniæ caput & ꝓpinqua oppida uoluit ut ad uictum Senis cõtribuerent: qui plures ministros secũ ducẽs illic magna qete uixit An. VI. post decessit.

# LIBER SECVNDVS

## SILVANVS.

SILVANVS Bonitii F. in Gallica natus qui bello Liciniano clarus sub Constantino: Tribunus sub Magnẽtio fuit: Post defecit ad Constantium: ab quo missus in Galliã est. Imperator uero qui calũniis aures facile præbebat successus eius suspectos habuit. Quærebat igitur insidiis circũuenire: Siluanus ubi adcæpit pro cõcione quæstus est. Ita a militibus Cæsar adpellatus: ad hunc motum opprimendum mittitur Vrsicinus qui pecunia Tribunos Siluani corrupit ut occiderent. Agrippinæ igitur de industria facto tumultu cæsus est. Cuius cæde tam magno gaudio exultauit Constantius ut fere insanus haberetur: præfuit paulo plus. II. mensibus.

## GALLVS.

GALLVS Natus est in Massa Veternensi patre Constantio fratre Magni Cõstantini matre Galla Rufini & Cerealis: qui Cõsulares erãt: sorore ac liberaliter educatus feros mores uincere non potuit: ꝓfectus ad orientẽ consedit Antiochiæ: ubi stimulante uxore omne genus seuiendi exptus est. Illud uero nefandũ & abhorrendũ noctu cũ Satellitib9 incognitus errabat per lupanaria & tabernas explorans submissa uoce Græco sermone. Quid de Cæsare sentirẽt: & notabat singulos qui oblocuti fuissent. Post aliquo repto figmẽto trucidabat: qđ antea in urbe Roma fecisse Gallienũ memoriæ ꝓditũ est. Vtrũq; uxoris stimuli exagitabant: missus est ad eũ Domitianus præf. præt. ab Imꝑatore qui de sceleribus Cæsaris iam senserat: uti cũ Gallo secretius ageret: & p-

ſuaderet uenire ad principem: quod cũ parũ ꝓficeret: addidit mãdata & minas: indignatus Gallus hominem cõprehẽdi iuſſit: & cuſtodiæ tradidit. Montiũ etiã quæſtorẽ: qui tale facinus nõ probabat. Coniecit in uincula ſuadente uxore ambos per foꝝ tractos: & uerberatos in fluuiũ proici mãdauit. Quod ubi adcepit Imperator: miſſit qui Gallum adducerent: ille uxorẽ Cõſtantiã ire ad fratrem iubet: placaturã eius indignationem: & hæc in itinere deceſſit. Cuius morte audita Conſtantius edicto Gallũ dignitate priuauit: exilio damnat: & ne longius rem protrahat (omnem autem eius ſecuritatem in morte Galli poſuerat) percuſſoribus mandat iuuenem obtruncare. Hii fuere Seruianus reus maieſtatis paulo ante abſolutus: & Pentadius notarius: & Apodemius: qui prenſo Gallo: & uti noxio manus poſt terga reuincto: ceruicem abſciderunt. In foro truncus relictus eſt: poſt paulo q̃ illi miſſi ſunt / penituit Imperatorem: & deſtinauit citiſſimos qui prohiberent: & hii retenti fuerunt ab Euſebio Eunucho. Is enim erat præpoſitus cubiculi: cuius conſilio princeps fere omnia agebat: q̃uis Gallus meruerit pænas dare / imperauit An. IIII. Vixit unde. XXX. Conſtantiæ corpus delatum ad urbem: & in ſuburbano uiæ nomentanæ poſt primum lapidem ſepulchro maiorum inlatum eſt. Conſtantius in oriente aduerſa fortuna res geſſit. Hoſtis enim ſemp ſuperior fuit. Anno. XI. imperii Perſica palma præcepta ſemel eſt temeritate militũ ad Singaram. Nã octies cum hoſte congreſſus: & in hoc prælio cum uictoria

Vndo. xxx.

pro eo staret ad hostes transiit non sine graui uulnere amissa est Singara:& Bizabda & Amida cũ adcepisset de fratris cæde dubius agebatur permaneret ne contra acerrimos Persas:an ad uindicandam Europam remearet. Sapores Armenias uexabat. Iamq; Nisibis obsedit quã urbem Luculli arma iuris Romani fecerant. Quo tempore Mitridates Põticus ad opem Tygranis Soceri confugerat: Nisibis urbs est Mydoniæ: sic adpellauere proxima Syriæ Macedones/a nostris dicta Antiochia huic cũ capta fuit a Lucullo præerat Guras Tygranis frater: quem Romanus dux apud se honorifice tenuit. Barbari Nisibim/Antiochus Antiochiã nominauit. Expugnãdæ urbi intẽtus Sapores bellica tormenta admouit. Alueũ fluuii qui mediam secat urbẽ alio ductis fossis deduxit. Sed ex hoc non obfuit propter frequentes illic fontis puteosq; qui satis suppetebant. Cumq; hoc non procederet occlusit meatum fluminis: deinde emisit: unde impetus aquarũ subuertit partem menium: Nisibenses noctu citissime obstruxerunt: tabulis: trabibus: & terra. Cum inluxit dies rex uetitus ab expugnatiõe re infecta mestus abiit: Nisibenses muros instaurauere. In hac expeditione rerum amisit. XX. mil. hominũ: Massagetæ absentia regis ex superiore parte Persida inuaserant abigẽtes prædam: Rex regno tuendo properauit: Constantius subsidiarios milites misit: Nisibim & menia firmari iussit: inducias cum Sapore fecit: & priusq̃ Europam peteret Gallum patruelem Cæsarem pronunctiauit: iunxitq; ei

Nisibis urbs: alias Antiochia dicta.

matrimonio uxorem Constantiã sororem suam: præfe/
citq́ copiis orientis. Ipse contra Tyrannos properauit:
& pacem ubiq́ fecit: & cũ undiq́ in Europa late uictor
esset: sedatis bellis ciuilib9 ludos arelate dedit ante. vi.
Eiduum Octob. Q uo die imperiũ sumpserat Italiam
uenit: Mediolani cõstitit: & inde ut Galliis subueniret
Iulianũ patruelem adoptauit: misitq́ in Gallias cũ pau
cis militibus: ipse petiit urbem comite Ormisda regis
Persarum filio: nobilitatem urbis & maiestatẽ admira/
tus est. Nobilitatẽ stans audiuit: uulgus sella curuli se/
dens in foro: & qm̃ hostes præter Persas deerãt suis ma
nibus scripsit: Constantius totius orbis dominus: insa/
nior Domitiano: qui inscripsit. Dominus & deus uester
Domitianus: hui9 Emulus cæpit odio habere uiros cla
ros: cum opera urbis intueretur: ardor incessit statuam
equestrem erigere similem illi quæ Traiani erat, In eius
atrio & Ormisde qũi pone sequebatur mentẽ aperuit.
At ille subridens respondit prius oportere stabulũ fieri
molis equi capax. Imperator conticuit: locus admonet
de Ormisda inspicere: Narses plures habuit more Per/
sico uxores: ex inlustrib9 suscepit Adarnassem; Ormis/
dam: & Narsem, Ex humili generis uxore. Verũ supra
cæteras formosa: genuit Saporẽ: Adarnasses successu/
rus erat: quia maior natu: sed coronã non adsecutus est
ob ingenitam sæuitiam. Mesopotamii tentoriũ ex co/
rio camelorum intexto auro arte Babylonica dono mi
serunt ad Narsen: filio dedit Narses & interrogauit an
placeret. Respondit Adarnasses magis ei placere si im/



Domitiani superbia

Tentorium ex Corio

peraret: quod ex hominũ coriis lõge pulcrius facturus esset: huius uocis memoria & alia crudelissima quæ in initio regni fecit regnũ abstulit. Itaq; omnibus præpositus cõmuni cõsensu Persarum Sapores: qui cæso illo Narsem fratrẽ luminibus priuauit: Ormisdã in uincula cõpegit. Huius uero mater & soror & uxor: corruptis pecunia custodibus: carcerem ingresse limã iuueni dederunt: quã secum tulerant: quo instrumẽto fibula compedum dissoluta est. Vbi opus peregit illæ pingue cõuiuiũ custodibus exhibuere; qui dum cibo & potu graues quiescunt Ormisda aufugit: & in castra Romanorum uenit ultimis Constantini magni annis: Sapores re intellecta uxorem sequi maritũ iussit. Ormisda bello ciuili a Cõstantio præpositus est turmis equitum. Fuit enim uir fortis ac certus Iaculator: nunquã Iaculum frustra emittens: ante designans quo esset Iaculaturus: bellis Europeis eius claritudo omnibus nota fuit: & magnam sibi laudem propagauit. Cõstantio redeunti ad orientem legati Saporis occurrũt ad Sirmium petentes restitui Mesopotamiam & Armenias: aliter pax non esset: Constantius Augustus ad hæc rescripsit Persas seruisse Macedonibus: & Macedonas seruire Romanis: hac ratione iniuria petis Mesopotamiam maiores nostros cæpisse Persas inrupisse latronum occupantium more Armenias cessisse Ro. imperio uicto Tygrane: contra quem iustum bellum gessit L. Lucullus: qui Mitridatem hostem populi Romani hospitio: & adfinitate fouẽdũ exceperat: & ipsum Mi-

tridatem nulla contumelia lacessitum spōte iniuriis ac cædibus adfecisse Romanos & Persas inrupisse sæpius in Armenias: & a patre tuo Narse nō bello occupatas: sed insidiis īterceptas: qua de re desine hæc petere quæ nostro iure tuemur: pacem quā petis minime: sed conditiones eius recusamus: Sapores Lectis litteris bellum mouit: Nisibim frustra obsidione tentauit. Nam inde repulsus est. Post in alias urbis profectus tantum Amido potitus est: quæ non satis firmo præsidio tenebatur. Eam solo equauit. Ea res coegit Constantium Consortem eligere: censuitq; adcersiri Iulianum patruelem. Galli fratrem: quem adoptauit pro concione ad milites: & Cæsarē fecit. Non me præterit qui sub Constantio militarunt scribere Iulianum adoptatum fuisse in Gallia Cisalpina: propter inruptionem Germanorum: qui Gallias uastabant: ut ab rapinis hostilibus Gallias: quas præcipue amabat: liberaret. Alii scribunt Athenis adoptatum: ubicūq; fuerit adsensu militari purpuram induit ante diem. VIII. Eiduum Nouemb. Arbitione & Lolliano cos. & Galliam missus priusq̄ proficisceretur Helena Constantii soror ei iuncta matrimonio est: & quia periculū iminebat Kal. Decēbr. egressus cū exiguo supplemēto deductusq; est p aliquot milia pas. ab Aug. maturauitq; iter Taurinos uersus. Ferūt cōsilio Eusebii: quærētis pdere totū genus Cōstantini: paucos milites fuisse datos Iuliano: ut ab hostib9 occideret: quod illud præcipue indicat: qm̄ obesso apud Senonas auxiliū nō misit: secus euenit: re. n. bene gesta ī Galliis

sæpius hostes profligauit: ultra renũ coegit: multos captiuos abduxit. XI. fere milia nostrorum: qui belli iure seruiebant: ab Alamãnis recepit: & prope Argentoratum urbem Galliæ totum fere Alamãnorum exercitũ pdidit. Iam inde Barbaricæ cladis monimentũ habuit: quod nisi cõtigisset urbs minime nota in obscuro esset: & præter omniũ opinionem in solo hostili multa præclara gessit. Cumq; eius successus felix haberetur nõ caruit calumniis apud Aũgustum: & erant qui adpellabant eum loquacem Talpam: alii purpuratam Simiã: alii Græcanicũ Litterionẽ: & erãt qui mollem Asianũ: Græculumq; fallacem: & sub specie sapientiæ stolidũ: Cõstantii. n. aures ad fidem præstandã faciles pronæq; erant. Quod cum sciret Iulianus egre tulit: & metuit ne idẽ sibi quod Gallo fratri eueniret: ideo iam tũc cæpit cautior esse: & post uictoriam ingentis pugnæ cum hostium peremptorũ magni acerui essent cadauera in fluuium proiecta: concordi adsensu uictoris exercitus uocatus est Impator: & inde Augustus: nomen Augusti pertinacissime renuit: hinc tumultus militũ fuit nudatis ensibus cogentium meritũ cognomen adcipere. Itaq; ut illi quiescerent adnuit: nõ reperiebatur diadema: facere tentauerunt ex mũdo muliebri: Iulianus uetuit adserens non esse boni euentus auguriũ. Tribunus coronã adtulit non longe differentẽ ab corona quæ solet in Xysto uictorib9 dari. Marcellinus scribit Maurum comitẽ ordinis detraxisse sibi torquem. Draconarius enim erat: & capiti pricipis aptasse. Post uero usus

in Xysto.

est diademate micantib9 gemnis exornato: fœdus cum Alamãnis percussit illis restituentibus ablata. Deinde misit ad Constantium pentadium quendam magistrũ copiaꝝ cum litteris in quibus erat tantũmodo Cæsaris titulus: summa litteraꝝ hæc fuit: milites sæpius uicto/res: & qui diu pro re.p. pugnauerũt: ut præmia laboꝝ & diuturni sudoris petere possent: me: licet repugnãtẽ: imperatorẽ adpellauere. Non ignoras antiquæ consue tudinis esse: qui sub ducibus ac Cæsaribus militant nõ licere præmia Romano iure poscere: qa ea causa iusta censeri debet: te exoro qui cõmunis es parens: ut equo animo ad cõmunionẽ imperii me patiaris: ne miseri mi lites frustra effudisse sanguinẽ uideantur: addebat in fi ne se polliceri missurũ certatores equos ex Hispaniis: & promptos milites ex Galliis: id quidem erat annuũ tributum. Erat Constantius cum adcæpit epistolam Iu liani Cæsareæ in Cappadocia: ultra solitum excanduit. Cæsarea ante dicta Mazaca est posita in radicibus Ar/gei montis: & nihil rescribens edixit expeditionẽ cõtra Persas: pro qua orientẽ petierat: ita suadentibus qui uti litatem rei.p. quærebant: eius animus cũ legit litteras præceps fuit uertere copias cõtra Iulianum: post paulo legatos placide abire iussit: quibuscũ misit Leonã quæ storem cũ mandatis. Cui & litteras dedit: in quibus ad/monebat iuuenem ut Cæsaris nomine contentus Augu sti maiestatẽ poneret: Leonas Parisiis exceptus honori/fice est: & postq̃ in campũ cũ armata multitudine stans pro tribunali uelut concionaturus litteras imperatoris

Cesaream dicta Mazaca.

69



legit. Cum uentũ est ad Cæsaris nomẽ: oĩs turba clamitare cæpit. Iuliane Auguste Salue: Iuliane Auguste dii te seruẽt: Iuliane Auguste dii te sospitẽt. Postea unũ ex hiis quæ mãdauerat Cõstantius actũ est: hoc est Nebridiũ præf. præt. factũ: submoto Florẽtio: & hoc minime pcessisset ni Iulianus ex sua sñia puenire diceret. Iulianus: ne ardor militũ frigesceret: legatos rursus ad Constãtiũ mittit: ipse pfectus est ad limites Germaniæ. Imperator interea adcersiuit Arsacẽ regẽ Armeniæ uti fidus cũ Romanis pseueraret: neu fallaciis Persaꝝ aĩad uerteret: post misit ad reges Transtygritanos ut in fide pmanerent ne deficerẽt ad Persas: Iulianus ordinatis in Germania reb9 statuit Viennæ hiemare: nõ desunt qui scribant mandatũ fuisse leone ut obiceret beneficia imperatoris Iuliano: ut homini ingrato: & illũ quæstũ ẽt de Constantio de Cæde parentũ ac fratris: & inuocasse ulctores deos: deinde iussisse abire oẽs ab exercitu qui dicta Cõstantii pbarẽt. At uxor Cõstantii Augusti moritur & ducta est Faustina: utraq; forma pulcherrima. Sed illa mestitia ac dolore interiit inpotentia Genialis tori. Cum ad bellũ ciuile Iulianus se pararet: existimãs Constantiũ nũq̃ ad Cõcordiã uenturũ. Vxor eius Helena morit᷑. Iussit corpus Romã perferri: & sepeliri in suburbano nomẽtanæ uiæ: ubi antea Cõstantia soror sepulta erat. Falsum est qđ iãpridẽ uxorẽ expulerit: quæ castissima erat. Iulianus fert᷑ dixisse militib9 ut se para rent cõtra Cõstantiũ: priusq̃ ille aduersus se moueret impetũ. In ipsa expeditione: qa multi erãt in exercitu chri

ſtiani: iuſſit uti qſq; coleret quos uellet deos. Ipſe uero: ne ab fide abhorrẽs aĩos militũ alienaret: ingreſſus tẽplũ in natali Saluatoris: ut alii dicunt in ſollẽni Ephiphaniæ & una cũ cæteris adorauit: & diuinis reb9 interfuit. Poſt ut ſe corrigeret dicebat ſe ꝓperare ut coniungeret exercitus: & præſciret quo die eſſet Impator moriturus: ut per nocturnã quietẽ præmonitus erat: qñ uocem audierat: cũ Iuppiter erit in fine Aquarii: & Saturnus in. XXV. parte Virginis: Cõſtantius dñs Aſiæ morietur. Cum ex Antiochia pueniſſet Tarſum Impator Aug. ut Iuliano obuiã iret: incidit ĩ febriculã ſemp eq̃lẽ ratuſq; eſt geſtatiõe aboleri: uectus lectica eſt p ĩuia itinera uſq; ad radices Tauri mõtis: ibi in ſtatiõe q̃dã: quæ adpellat̃ fons Mopſi: Græce Mopſocrenis: intrinſecus exurẽte calore: febris aucta eſt: adeo ut corpus tãgi nõ poſſet. Hic cũ deficeret ſucceſſorẽ ſtatuit Iulianũ: poſt paulo mortuus eſt añ. III. nõn Octobr. Vixit An. XL. & paucos mẽſes. Impauit An. Iulianus ubi adcepit de morte Cõſtantii citiſſime petiit Cõſtãtinopolim: corpus principis cõditũ in loculo Iuuianus: q poſt Impauit: domeſticoꝝ protector cũ regia pompa Conſtantinopolim perduxit: & ſepulchro maioꝝ intulit: inter q; diuos relatus eſt: prope finẽ uitæ ſe palã adcuſare ſolebat: qđ occiſor ſuoꝝ fuerit. Quod Iulianũ Cæſarẽ feciſſet: & qđ in noua credulitate numinũ eſſet. Natura debilis ad cohitũ fuiſſe tradit̃: in uictu parciſſimus: lata lege uetuit phaſianũ & ſumen cõuiuiis inferri: nũq̃ ſpuiſſe memoratur. In iudiciis iuſtus & moderatus ſi

secretiores consultores non habuisset: ad iram tardus: bellis ciuilibus fortunatus: Persicis semper infelix. Sarmaticis uarius: bis Sarmatici cognomẽ inscripsit. Nã cum Sarmatis Dacis & Quadis federa feriret: & in sugestu orationem haberet: Barbaris male audientibus quod ad hoc opus adsueti non erant: unus e Quadis secessit: & stercore alterum e calceis repleuit: sub ueste tulit: & propius adcedens in uultum concionantis proiecit. Id dedecus mereri puto qui inter rusticos aut philosophari aut rhetorice loqui uolunt. In fide semper fauit Arrianis: quoꝝ causa Synodum habẽdam praecepit. Statuta est conuentus dies. Imperator indignatus erat: quod mandauerat Alexãdro episcopo nouae Romae ut in cõmunionẽ exciperet Arrium: cum tota factiõe & Alexander negauerat: qui prostratus orabat ne sineret deus a pernitioso lupo suũ ouile corrumpi. Tẽpus adpetit Arrius cũ argumẽtosis sillogismis ingressus est fauente Eusebio Eunucho: & in initio: priusquã pudendũ os solueret: correptus Ciliaco dolore secessit: ut onus uentis deponeret: & cum niteretur ui expellere una cum stercore animã omisit: hũc finẽ meruit homo Perfidus: ac malignus: qui uenenum in urbe dei latius seuit aconito uehementius: unde geniti in fide Saluatoris ignes in extinguibiles: quib9 Asia Aphrica & bona pars Europae fidelibus & iuxta credentib9 ereptae sunt praefuit Alexander An. XXIII. Successit Paullus homo iustus: quẽ Cõstantius cõsilio Eusebii Eunuchi submouit: & in eius locum subrogauit Eusebiũ episcopũ

Nicomediensem militẽ Arrii. Paullus ad urbem Ro. se contulit: petiitq; ab episcopi Ro. auctoritate restitui in suam dignitatẽ: & qm̃ uitæ sanctitas merebatur ab Iulio Pont. in sedem restitutus est. Cõstantius indignatus hominem exilio prius mulctauit: deinde minime contentus interfici iussit. Qua de re Heretico Arriano successit Macedonius Arrius. Hoc in loco digredi non ineptum putemus ut scilicet ostẽdamus episcopum Romanũ caput catholicæ fidei semper fuisse: Roma ipsa terrarum dea & gentium regina poscere uidetur dei sedes & imperii generis humani. Sed ubi noua Roma præsentibus Augustis lacertos extulit: absentia principum nostra Roma paululum imminuta: utraq; tamen urbe principatũ sibi uindicante. Nescio quo fato præfectis obtemperauimus: & aliquando Augustulis: & sepe numero regibus Gothoꝝ. Itaq; per ea tẽpora episcopalem maiestatẽ nutibus imperatoꝝ Constantinopolis sibi usurpauit. Nos uero nõ cessimus: sed passi fuimus ne ira principum obesset: qui urbis sacratissimæ dignitatem Barbarorum prædæ reliquerant. Res non potuit diu differri. Phocas imperator totius maiestatis decus iniuria ablatũ restituit: & publico decreto sanxit. Nam plæriq; episcopi Constantinopolitani male usi auctoritate prauis opinionibus fidei simplicitatẽ turbauerant. Romani uero põtifices semper habiti Orthodoxi & iustissimi: ut ipsi Græci in historiis tradiderũt. Episcopus igitur Romanus: & diuino iussu: & humanæ rationis uinculo: generis humani parẽs & princeps est. Nã illud

Roma caput

Phocas Imp.

Epus Ro.

73



perpetuo mansurũ quis dubitat. Tu es Petrus & super hanc petram edificabo ecclesiã meã: Constantius eques optimus & certus Iaculator; eloquẽs: & carminibus cõponendis aptus: quod fuit in suos ferus non caruit exẽplis: quod sic fecisset: Callicula: Domitianus: & Cõmodus: &. F. Seueri Antoninus: in cæteros ut Gallienus: qui tormentis adigebat homines fateri quod uellet. In Galliis & Pannoniis triumphales arcus erexit: magno prouincialium dispendio.

FL. CL. IVL. IVLIANVS Natus est Cõstantinopoli patre Constantio Constantini fratre matre Basilina: nobilissima fæmina forma liberali: ingenioq; ad litteras: & ad arma satis adcomodato. Mater grauida somniauit se pariturã Achillem: excitata marito narrauit: peperit anteq̃ pariendi tẽpus sentiret: hinc parentibus bona spes de filio fuit: datusq; est & initiandus & erudiendus Eusebio episcopo Nicomediæ: primo bonæ indolis puer adparuit. Vtinam non habuisset rhetorẽ Libanium: ab quo ita institutus est: ut: prætermissa ueritatis cognitione: puerilem animum ad antiquorum credulitatem flexerit. Itaq; sub illo imutatus est Mercuriũ præponens cunctis. Non caruit tamen in cæteris laude: similis existimatus Tito: ut frater Gallus Domitiano: belloꝝ successibus comparatus Traiano: res ei fuit cum ferocibus Germanoꝝ populis: ut Traiano contingit: non dum principi: clementia Antonino. moderatione. M. Aurelio/litterarum studio magnis philosophis. Cumq; his adsuetus soporifere quieti multũ detrahens

in somnes noctes aliquando: cum utilitas rei. p. posce/
ret: ducebat: & musis uigilias impendebat: nulloq; ad/
hibito remedio minimo strepitu excitabatur. Philoso/
pho uenienti statim occurrebat: ne ab litteratis rustici/
tatis reus citaretur: memoria plurimum ualuit: in re/
bus gerendis optimos imitabatur principes. In re Ve/
nerea citra omnem suspitionem uixit: modesta libera/
litate semp usus: Eunuchis & Pantomimis & Morio/
nibus nihil unq̄ largitus. Illud incredibile dictu postq̄
solus imperauit hostes populi Romani intra suos ter/
minos se continuerunt: & in laudes noui principis ad/
cendebantur. Restabant profligādi & domandi Persæ.
Itaq; cum ingenti adparatu egressus Constantinopoli:
transmisso Bosphoro: a Calcedone Nicomediam pro/
cessit: quæ olim regia & ampla urbs edificiorum sum/
ptibus terremotu conruat: immemor quod illic educatus
erat ingemuit: per Bithynnos Gallogræciā uenit: & in/
de Antiochiam Orontis petiit: orientis apicem: & cum
loci situs omnes aduoluptatē inuitet: princeps ibi sua/
pte natura cōtinentissimus fuit. Ex eius imperādi ordi/
ne iustitia e cœlo ad mortales rediit. Iulianus quartum
iniit cōsulatum adscito Sallustio cōlega: quem præfe/
cerat Galliis præfectum: cū uer adpeteret Hieropolim
uenit: hinc ī Mesopotamiā signa cōmouit: post puenit
Cercusiū: fere instar insulæ inter Euphratē & Xabore/
ctorā amnes positū est: qd̄ Diocletianus menib9 ampli
ficatū excelsis turribus circūdedit. Hic morāti adlatæ
sunt ab Sallustio lr̄æ ut expeditionē ī Persas differet:

iustitia e cœlo

75

Quis Fato repugnat?



& diis uetantibus cæderet. Sed qs fato repugnat: trãs/gressus flumen pontẽ auelli iubet: Zaitamq; uentũ est: ubi Gordianum imperatorẽ exercitus tumulo intulit: quẽ Licinius hostis bonorũ euertit. Iulianus ubi hostes propere adesse intellexit: concionẽ habuit: adferens maiorum nostrorũ exempla: initiũ faciens a Ventidio usq; ad Maximianũ: quod fere oẽs rediere Laureati: præter Gordianũ & Carum. Ille insidiis mortaliũ: hic ira deorũ sublatus: hostes a prælio abstinuerunt. Ipse q; Assyriam depopulatus urbis oppida partim ui cæpit: plæræq; deditionem fecere: uictorq; cum ingẽti gloria: profligato exercitu hostili: usq; Cthesiphontẽ peruenit. Castra aliquandiu illic habuit cum exercitu satis lecto: dum remeat facẽ sereno uidit cælo: Aruspices Etrusci uetabãt quidq̃ tentandum: quia signum erat infelix. Iulianus & hoc contempsit ut ante Sallusti monitus. Postq̃ inluxit castra mouit: Persæ sæpius adflicti terga inuadunt: & priusq̃ laborantibus subueniretur hostilis ex improuiso Globus in Cataphractos inruit. Sic mos Parthorũ ut confusos cædãt: dumq; imperator cautius sese infert uulnus excæpit. Emissa hasta incerti militis transmisso bracchio & costis hesit fibræ iecinoris: dum auellere conaretur scidit digitorum neruulos: prolapsus in ceruicem equi ueloci cursu in castra relatus est. Adhibita fomenta paululum dolorem leniuere: poscit Equũ & arma ut prælium reuisat: cum spiritus deficeret concionẽ habuit: disseruitq; mortẽ esse summũ præmium. Petiit inde quid ageret Anatolius: Sallustius respõdit: Beate

Mors summũ Bonũ præmium

degere. Ingemuit amici casum: quod interfectus esset: circumstantes: qui dolore conciti deflebant: sua auctoritate castigauit. Turpe quidẽ principem sideribus cõciliatum lugere: inde cum philosophis sermo ei fuit de inmortalitate animę: epotaq; frigida aqua uita solutus est: annũ agens alterum &. XXX. ante. VI. Kal. Iulii: in suburbana uilla Agritharsensis Iulian9 sepultus est: & in diuos relatus: successor si uixisset decreuerat nobile sepulchrum. Homo statura exigua/ & gracili maiestate cõspicuus/ inter ueteres Heroas cõnumerandus: ampliando imperio: & rei. p. gubernandæ satis idoneus: si fata cõmisissent: ore & manu: ut inquit ille: consultor patriæ/ impauit solus An. I. Mens. VII. ab eo quod Cæsar fuit An. VII. corpus/ Procopius Tharsum usq; perduxit & tumulo dedit. Inde abiit & nusq̃ nisi ex ĩprouiso Constantinopoli purpuratus adparuit. Mirũ creditu Barbaræ nationes eum plurimũ diligebant: a militibus adeo obseruatus: ut in creando nouo principe Iuuianum legerint: ab uocis similitudine una littera ĩmutata. Memoria & liberalitate clarus/ tributa parcius exigenda mandauit: licet sint qui nolint/ gloriæ cupidius adpetens: & cũ christianos nimis insectaretur sanguine tamẽ abstinuit: hostes morte nr̃i principis elati: & circũfusi: castra: quæ spatium. III. mil. pas. complebant: disperdere quærebant. Romanis uero controuersia fuit in eligendo. Constantiani Abilum præponebant. Proceres Gallorum Sallustium: qui propterea quod senex & ualitudinarius esset recusauit: dumq; mora fieret ob

Ore: et manu Consultor pr.

77



certamen clamãtibus militibus maturandum esse: Iuuianus eligitur domesticorum primus.

Varronianus.

VARRONIANVS Comes ordinũ agri Indigonẽsis Incola in Pãnonia liberos utriusq; sexus cum plures substulisset: merore anxius: ut q sine ꝓle esset: admonitus est p nocturnã quietẽ uti filiũ: q nasceret̃: Iuuianũ uocaret fore ut uiueret: & ad purpurã uẽturus eẽt. Itaq; editũ filiũ Iuuianũ adpellauit: præceptoribus: cũ ætas posceret: erudiẽdũ dedit: nõ paꝝ liberalib9 artibus ꝓfecit. Ingenio ualde ad oẽs disciplinas ꝓmpto. Pater militia clarus notissimus erat: & iam Emeritus secesserat in auitos agros ut quiesceret: & agricolationi incũberet.

## IVVIANVS.

IVVIANVS Electus est princeps: & statim Antesignani Iuuianũ clamauerũt: qui in medio q; postremi erãt opinati Iulianũ reuixisse: ingenti lætitia effusi choreas ducebãt: cũ nouus Imp. purpuratus castra: comitãtibus primorib9: circuiret: & cõspectus esset ab ignaris homo incuruus: statura ꝓcera: statim lachryme obortæ sunt: auspiciũ haud felix præsentis impii. Reductus in tentoriũ de imiñẽti piculo sermonẽ fecit: adhibitis tribunis: & comitibus. Instabat totus exercitus deduci in Mesopotamiã hostes a tergo territabãt: q̃uis semp uicti Fames in castris erat: & reꝝ penuria: & q̃uis noster exercitus uictor esset: reꝝ difficultatib9: & recẽti cæde ducis: timebat adeo ut si hostis inruisset magnã intulisset cladẽ: cæptũ ẽ cõsilio iter. Institere hostes cũ elephãtis: qui graui nidore terruere equos: opem ferẽtibus Iouiis

& Herculiis: Gallis restiterũt Beluis. Vbi Carras uentũ est infelicitate Crassi nobis tãta trepidatio nõ fuit. Hinc durã oppidũ hoc ĩ loco q̃triduũ cõsumptũ ẽ: hic miles cũ abiret puenit ad Tygridẽ iam auctũ cælestib9 aqs. Mætus erat trãsire: Galli adsueti fluẽta pfrigere: ingẽti aĩo ingressi: ad alterã ripã pueniũt: ibiq3 hostes obseruã tes ripas obtrũcãt. Illos secuta est cætera turba. Ad hæc uener̃ oratores a Persis Surenas: nomẽ ẽ dignitatis post regiã: & alii pceres offerẽtes cõditiões pacis: si nõ æq̃s; attñ necessarias: cõsultauerũt cũ Imp. primates. Ictũq3 est fædus nõ sine calamitate Ro. impii. Prouinciæ qnq3 Trãstygritane: q̃s uictor Galeri9 Maximian9 adcæpat: restitute sũt. Asarzamena: Mozena: Zabdicena: Rheumena: Carduena: tradita & Singarena: & Nisibis: & ps Mesopotamiæ: nõ tradita tñ ẽ Cthesiphõ: & ita fines ueteres ĩnouati nõ sine magno impii dispẽdio: adcessit maior ignominia. Vetitus ẽ popul9 Ro. Arsaci regi Armeniæ amico ac fido auxiliũ cõtra Persas ferre. Q d' nũq̃ antea ad hoc coactus ẽ: uisaq3 ẽ libertas uictriciũ armorũ cõruisse. Ictũ ẽ ignobile fæd9 ad an. xxx. & relligioso ritu utriusq3 gẽtis cõfirmatũ. Exercit9 inde in tutũ p duct9 ẽ. Iuuian9 cũ puenit ad locũ: Dadastana uocãt: q diuidit Bithynnos a Galathis: absiduo labore lõgi itineris: aut recẽti tectorio: positis ibi prunis mortuus est. Sũt q scribũt incidisse ĩ morbũ ex uarietate ferculo℞: qb9 repletũ corpus: qd̃ auidissime illic sumebat: cõquo quere nõ potuit: & cruditate piisse: uixit An. XXXIII Impauit mẽsis. VII. a Valẽtiniano ĩ diuos relatus est.

Nicea urbs

# LIBER SECVNDVS

## FL. VAL. VALENTINIANVS AVG.

POST Iuuiani mortẽ exercitus Niceæ: quæ urbs caput est Bithynniæ Valentinianum Gratiani filiũ Imp. elegit. Nã. L. Equitius: qui Illurico præerat: qm̃ absens præteritus est. Augustus Cæs. Valentem fratrẽ Tribunum Stabuli fecit. Post Paullo Constantinopolim cũ uenisset: & in suburbanum concessisset: cõsensu omniũ ipsum Valentem Consortem imperii & Aug. pronunctiauit. Præerat eo tpe Romæ Rufius Turcius Aprонianus litteris & reip. moderandis Habenis uir clarus & inlustris: Procopius: qui genus suum ad Constantinum referebat: & paucis suffragationibus purpuram induerat: pænas cæpti motus dedit. Porro Valens Gothos: qui Procopio auxilia miserãt: uictos Thracia exegit: & Victor Magister Eq̃ Atalarichũ regem Gruitugrorum: bellicosa gens est: uertit in fugã: & pacem dedit. Interea Valẽtinianus Saxonas oceani adcolas inter inuias paludes domuit: Alemannos adtriuit: & Victor ad oceanum peruenit. Deinde in febrem incidit: qua liberatus pro cõcione exercitu adsentiente alterum ex filliis Gratianum: insignibus ornatum: adpellauit Augustũ: statimq; expostulatus publicarũ rerũ admonuit: & urbi Romæ præfecit Orphitũ: Picti & Scoti Germaniæ gentes Brittanniam inuadunt: illi Caledonios & Veturionas occupãt: hii depopulantur insulam Sarmatæ præsidem: quem Romanus Imperator dederat expulerunt: Parthi suo consilo qui Armeniam inruperant: occurrẽte Arintheo legato: abierũt. Sic p̃uincia

liberata eſt. Alia uia Sapores rex Perſarũ rupto fœdere nos tentauit, Cthesiphontẽ cæpit: ibiq; hiemauit: & Valens Antiochiæ ad Aquilonẽ in quieta rebellat Germania. Eo miſſus cum exercitu Theodoſius primus Magiſter Eq; cuius ꝓſperi ſucceſſus ſimiles ferebantur actis. L. Domitii Corbulonis ĩ Armenia ſub Nerone: &. L. Veturini ſub Traiano. Valentinianus exacta treueris hieme Gallias reuertitur: & poſt paulo dum intentus audit legatos Quadorum: qui latrocinia excuſabant: ſubita ira adcenſus incidit in morbũ: quo areſcentibus uenis cũ nil ſanguinis emitti poſſet mortẽ obiit. Imperauit An. XI. Menſis. VIII. D. XX. Interea Vnni: ſeu Alani: qui ſunt Tartari & Nomades Scythæ: qui lõge antea a regione Tranſ Tanaim uenerãt: ſuperato Iſtro: qui limes erat: uagi Pannonias Epirumq; & Theſſaliã: direptis & incenſis aliquot urbibus: grauiter uaſtauerunt. Maiores noſtri uiri boni non ambitioſi non cõtentioſi: ſine auaritia: ac luxu, Scythas irruẽtes ſæpius reppulerunt. At uero cũ opes in pretio fuere: & menſæ magnis ſumptibus paratę: & maior cibi condiendi q̃ uirtutis cura: Scythis bellatoribus ceſſimus: grauia uulnera perpeſſi ſumus. Imperatores duo Decius pater ac filiꝰ: non ſine magna ſtrage: cum Scythis congredientes uicti cecidere: at poſt Valens propere ex Antiochia adcitus tantam peſtem auertere nõ potuit. Sed magna clade uictus terga dedit: & in fuga uulneratus decidit ex equo: adceptuſq; eſt in uile tuguriũ: inter fomenta expirauit. Victor Halanus cũ perſequeret̃ locũ armatis

Decius pr 2f

Valent





sepsit:& quia capere primo impetu non potuit:inscius quod illic Imperator esset ignem iniecit & absumpsit. Hic fuit Valentis finis:qui modo terror oriẽtis erat boreali incendio fomentũ præbuit:Vnni Halaniq; & Gothi uictricibus signis Constantinopolim obsident:persolutaq; ingenti ui pecuniæ ab dominica Aug. Vxore Valẽtis cepta reliquerũt. Dum hæc infeliciter ad Aquilonem geruntur:Theodosius pater eius qui postea imperauit Theodosii. In Aphrica firmum noua molientem prælio uicit ac cepit. Et Gratianus Treueris agens fratrem suum Valentinianum:Iustina matre editum:consulente Merobaude Tribuno titulo Cæsaris Aug. Consortem imperii fecit. Ipsum uero Gratianum ociosum:dum suos negligit:& habitu ac moribus Halanis:quos sibi post obitum patrui conciliauerat:placere studet. Maximus ab exercitu nostro dux electus ex improuiso adoritur:& in Italiam transire properantem dolo circumuenit:& occidit:& ab eodem Iunior Valentinianus Italia exactus ad Theodosiũ:qui in oriente res gerebat concessit:a quo liberaliter exceptus est.

## THEODOSIVS.

THEODOSIVS Qui sex ante ãnos a Gratiano:ut orienti præesset:Olymbrio & Ausonio cos. Augustus pronunctiatus erat:bello ciuili cõmotus uictricibus signis Aquileã per inuias alpis raptim contendit. Maximũ ibi secure degentẽ ui cæpit:& occidit:statimq; Andragasius præfectus classis:& socius Maximi:certior de cæde factus in mare se præcipientẽ dedit. Valenti

nianus in occidentis regnum restitutus ab Italia in Gal
lias profectus est:& dum Viennæ negligentius mora/
retur:fraude Arbogasti:Halanorũ præfecti: noctu in
cubiculo strangulatus: creditus subita aut uoluntaria
morte obisse. Sic interiit Gratianoꝝ ꝑles:satisq; fauēti
cælo uisum est uno uelut cursu quattuor eã numerasse
Augustos:inter quos tertius parũ bellicosus:non Auo:
non Patri similis:Romæ cũ a palatio adhortos Sallu/
stianos secederet:dicebat se confecisse Parthicam expe/
ditionem. Extincto etiam in Galliis uictore:quem pa/
ter Maximus:ubi copiis præfecerat:illa orbis pars mi/
nime quieuit. Arbogastus enim occulta iuuenis morte
Eugeniũ imperatorẽ cum exercitu facit:hac scilicet uia
sub titulo illius occidentis regnum inuadere studebat:
multis milibus coadunatis de summa reꝝ cum Theo/
dosio confligere statuit. Dux noster inuictus:deo ho/
minibusq; adceptus. Cum Honorio filio ingenti ani/
mo opus adgressus:hostilia arma:pugnantibus etiam
pro eo uentis: qui sponte carceris eolii cædente obice
eruperant: profudit atq; deleuit. Eugenius captus pæ/
nas luit. Arbogastus ut cruciatib9 se eximeret sua ma/
nu usus occubuit. Victor ingenti gloria potitus am/
plissimo triumpho liberati orbis: subactis undiq; domi
tisq; Tyramnis: administrationi rei.p.animũ adiecit.
Filios Honoriũ & Arcadium:quos ex Flaccilla susce/
perat:Consortes fecit imperii:& quia nõ dum ætas ma
tura Imperio erat ductores legit qui adessent:testamen
toq; sanxit. Rufinum Arcadio adiungit: & Honorio

Stiliconem. Ipse interea Mediolani morbo absumptus Olymbrio iterum & Prino cos. Imperauit An. XVII. genus a Traiano ducere se iactabat: nec ab re. Nā moribus & uultu & successu regꝫ similis fuit. Ille labentem rem. p. in pristinas uires restituit. Sub hoc imperium Ro. quod ocio & negligentia trium principum consenuerat dissentione partium dilaceratum: uelut reiuūenescēs lacertos mouit. Ille pacata Europa ad Indos usqꝫ arma intulit. Hic prius auspiciis atqꝫ armis paternis adserta Lybia: adtrita bellicosa Germanoꝶ gente: dataqꝫ sua uirtute toto orienti pace: postremo subactis ardentissimis Gallis: non omissa Brittannia parenti gentium urbi Italiæqꝫ suæ uictrices Aquilas reportauit: subqꝫ eo fortunæ simulachrū nusq̄ prætoriū mutauit: Arcadius igitur Cōstantinopoli: Honorius Romæ imperat. Sed quis animoꝶ recessus intueri potest. Veterē fidē & sanctissimū legati ius cupido regnādi uiolauit. Prior Rufinus clam missis muneribus Alarico Gothoꝶ regi capere arma contra Arcadium persuadet: ut sub eo metu diadema orientis capiti suo imponeret. Re intellecta a militibus Italicis pnitiosus tutor occisus est. Caput cū dextra præcisum ante ipsas Cōstantinopolis portas pependit: ac spectantibus ludibrio fuit. Caianus Rufini imitator auxilio Gothoꝶ fretus bellum ciuile mouit. Adrisit ei primo prælio fortuna: post nauali inter Hellespontum & Cheronnessum uictus: dum fugit: captus est. Caput eius Pilo suffixū Constantinopoli spectaculo fuit. Arcadius cū regnasset An. Paullo minus. XIII. de

cessit:Basso & Philippo cos.relicto filio Theodosio:quē
antea Cæsarem fecerat. Cui ex matre Eudoxa & Augu
sto patre tres sorores erant. Flaccilla. Martina & Pul/
cheria:quæ uirginitatem perpetuo seruauit:summa bo
nitate integritateq; & sanctitate relligionis obseruātissi
ma Cultrix Virgini deipare nobile templū ædificauit
Blachernis in quo inclusas argenteo tabernaculo præ/
tiosas Mariæ uestes:quas e Palestina suis manibus tu/
lit:summa cum Veneratione posuit. Eudoxa ante uiri
obitum tribus annis:morbo soluta est. Honorio. IIII.
& Eutitiano cos.Gildo regnum Aphricæ adeptus Ma/
scezelis fratris filios enecat. Is Italiā nauigauit ab Ho/
norio copias adcæpit. Mirū dictu cum quinq; milibus
pugnatorū fraternas copias deleuit:ipsiusq; Gildonis a
fuga tracti uelo gulam:quibus mandatum est:fregere.
Hoc modo Mascezel.cædem filioꝝ ulctus est. Interea
Stilico secretiore uia filio regnum parat. Mariā Hono
rio nuptui dat:quæ cum ante nuptiarum diem obisset:
Thermatiam filiam alteram despondit:& hæc illius fa
tum uirgo secuta est. Mœstus parēs Eucherium filium
Cæsarem uisere cupiens:Sueuos Vuandalosq; & Ala/
mannos:magna prædæ spe sollicitauit. Ille properant:
cum rege Rhadagasio numerus fuit. CC. miliū. Stilico
mætū simulat. Hostis urbis potiēdæ caussa in Italiam
inrumpit:occursu nostroꝝ subito repellitur. In Etruriā
fugit:ibiq; uictus est. Rex uero a fuga retractus & ī car
cere strangulatus est. Hostes deinde qui superfuerūt cū
ad solita loca se recepissent:eligendo duci intenti:Ala/

Pulcheria Virgo

ricum regẽ salutauere:qui statim legatos ad Honoriũ misit:qui agros ad habitandũ peterent:Gallia ab imperatore cõcessa est. Quo dum pergit:cum omni suppellectile fraude a Stilicone de industria petitus:iter omisit:VIctores inuocans deos. Quod ius gentium uiolatũm sit:indignatus toto ut dicitur impetu cælo duce Romam contendit obstipescentibus cunctis. Qua iter faciebat uoto potitus est. Pauca ædificia incendit:non multa/honustus præda sexto die egressus est captiuam abducens Placidiam:Magni Theodosii filiam:quam in foro Cornelii Ataulpho propinquo suo uxorem dedit. Ex lectione historiarum illud compertũ habeo/uictoriam semper fore in ea parte quæ iure pugnat. Victores olim Galli post captam urbem si a fæda Innocentium nobilium cæde abstinuissent:cõscendisse Capitolium Romanis minime profuisset:& Anseris clangor Manlium non excitasset. Capta est urbs Anno. A. V. C. Millesimo. C. LXIIII. Ignominia potiusq̃ clades inlata est. Victor deinde Alaricus in Siciliam tranare naufragio uetitus dum consentiæ hiemat morbo interit. Milites metuẽtes ludibria effossi cadaueris Alueum Bussenti amnis mutauerunt:excauatoq; Hipogeo regis tumulũ:congestis opibus: posuerunt:& fluuium pristino Alueo inmiserunt: & præposito copiis Ataulpho rege ad urbem diripiendam redeunt. Dux uero Ataulphus moribus uxoris Placidiæ Lenitus fædus cum Romanis percutit:ibi indignati regem dolo substulerunt. Iamq; Stiliconis fraudes in aperto erant.

Placidia . reg.

Ubi Victoria

q tpre Urbs capta.

LIBER SECVNDVS

Igitur cum filio Romæ in foro pacis occisus est. Etiam eius factionis plærique cecidere. Interea in Brittãnia occiso Gratiano Tyrãno Constantinus præficitur: propter nomen dũtaxat ad hoc dignus existimatus. Is cũ exercitu in Gallias nauigauit: & Constantem filium Cæsarem ab eo factum cum parte copiarum ad occupandas Hispanias frustra misit. Cum hoc adcepisset Honorius Constantiũ ingentis animi uirũ ad liberandas Gallias proficisci iubet. Qui Constantinũ ad primos impetus cõpressit: & filius sortẽ patris secutus a Gerontio Viennæ occiditur. In cuius locũ exercitus homicida Cõsultore Maximũ legit: qui dum in Hispania exularet urguente rerum tenuitate periit. Extinctis undique in Galliis Hispaniisque & Lybia surgentibus Tyrannis suasione Cõstantii Placidia ad Honoriũ fratrẽ remittitur. Qua liberalitate Gothorum rex Vuallis pacẽ ab Romano principe impetrauit. Porro Placidia iubente Honorio nupsit claro uiro Constantio quem dux Cæsarem & Consortem imperii simul fecit. Ex quibus nuptiis Rauennæ. V. nõn. Quintilis natus puer est Valentinianus. Moma & Plinta coss. Magno post adparatu Honorius tricenalia celebrauit: que uouerat pro imperio liberando. Rursus Scotorum & Pictorum cõpiæ e Brittannia ab legionibus nostris pelluntur: & in Hispania res pro uoto successerunt. Post obitum Constantii Placidia cum filiis Valentiniano & Honoria iussu Augusti pelluntur: & ab Theodosio Arcadii filio: qui orienti præerat: hospitaliter excipiuntur. Post Paullo

Honorium Febris inuasit: qua decessit: rebus gerendis dissimilis patri. Nã qui eius acta recensent in quibusdã magni Cõstãtini. F. Constantium imitatũ fuisse repe/riunt. Imperauit An. XXXI. cum patre. II. cum fra/tre. XIII. cũ fratris filio. XVI. Theodosius Iunior au/dita patrui morte Valentinianum Cæsarem fecit: & cũ matre Romam misit. Aduentus satis oportunus fuit. Nam Ioannem factione Castini Imperatorem factum: & Aphricã sibi uindicantẽ nouus princeps oppressit. Theodosius Cõstantinopoli uicenalia ædidit se. XVI. & Festo cos. Gensericus rex Vandalorum adcersitus a Bonifacio: qui de Aphrica tenenda desperauerat post multorum cædem Carthaginem occupauit. Ad Aqui/lonem Belba & Attila fratres Vnnorum reges Iluricũ: & Thraciam populationibus infestando Thermopy/las usq; occupauerunt. Omnia Theodosius magna glo ria tutatus est: & uictor uota tricenalia ædidit. Sic erat inminentibus periculis cõsuetudo: ut ludi uouerentur quod triũphalia monimẽta ex marmure: ære: argento: auro: & indicant & testant̃. Sub ea figura uotis. XX: uotis: XXX. Hoc est uicenalibus & tricenalib9: quod etiam indicat Annos Imperii.

Ludi uouebantur in p̃eliis.

VALENTINIANVS In quo magna & non uana spes adserendi occidentis erat adclamatione totius Ita/liæ Augustus ab Augusto adpellatus est. Aeetius du/ctor Gothos in Gallia uicit: Burgundionũ regem adfli xit. Sed in Aphrica fortuna nobis obfuit. Vandali sub Genserico Carthaginẽ ædibus fedauerunt: nec contenti

contenti Siciliam inuadunt: Theodosius frustra mouit arma. Quoniam pro Barbaris uictoria stabat. Qui in Brittannia erant cum Scotorum & Pictorum rapinas & impetus ferre non possent. Anglorum regem Verti-gomarum ad opem ferendam poposcerũt. Secus eue-nit: Angli insulam suæ dicionis fecere. Sunt etiam hii Saxonum Germanorum populi feroces atq; pugna-ces: qui adhuc cum Scotis interiectis limitibus impe-rant. Valentinianus Constantinopolim concessit: fi-liam principis uxorem adcæpit: post nuptias Italiam repetiit. Mira res aliquot annis quieuit oriens: existi-mo ut uires resumeret: & fortius insurgeret. Theodo-sius uelut longo imperii potentatu adflictus impera-uit. n. annos. XLVIII. Febre solutus est: Attila toto po titus Septentrione orbis imperio inhians Gothos: qui in Gallia erant: socios adcersit: Aeetius hæc longe ante præuidẽs missis legatis Theodoricum regem certo fæ-dere Romanis coniunxit. Conueniunt ducum copiæ in Gallia. Hinc nostri cum auxiliaribus: illinc Vnni. Gepydæ: Sarmathæ: Scythæ: Sueui: Quadi: Heruli: Vgri: fauentibus etiam regulis quibusdam pugnatum est a mane ad uesperam utrinq; acerrime. Nusquã cum maiore hostium numero congressi sumus: nusquã ma-ior cædes obstinatione animorum. Nam pugnæ con-tra Xersem: & Persarum cõtra Aegyptios fide carent. Prælium nox diremit. Ceciderunt supra. CC. milia for-tissimorum hominum. Nemo loco cessit: uulnera ad-uerso pectore infixa. Nemo iudicium ferre potuit qui

cadauera inspexit: utra pars ardētius pugnauerit. Agebatur enim de toto imperio: Barbari tam diu regnasse Romanos egre ferebant. Ro. illos totiens impulsos ac uictos insultare non patiebantur. Riuulus qui prope erat humano sanguine auctus rapidissimi torrentis instar effluxit. Sed quāuis superiores fuimus: non parua iactura fuit. Theodorici cædes: quam eius filius Torismundus capite Attilæ rependisset: ni Aeetius cōsuluisset ei expedire paternum regnum defendere: ueritus ne profligato Attila impetum in nos conuerteret: sed pernitiosum fuit consilium. Attila enim reparatis in Pannonia uiribus seuiore animo inuasit Italiam: plærasq; urbes diripuit. Istriæ: Venetiæq; & Togatæ Galliæ ac Insubrium. Ad eum Leo Ponti. Maxi. legatus uenit salutem Italiæ perorans impetrauit. Reuersus in Pannoniam Attila dum in nouis nuptiis nimis uino indulget: & quieti se dedisset: ferocius stertendo mero repletum spiritū efflauit. Vitio laborauit Bonosus imperator: qui cognium uini epotabat. Q ua re cum pepēdit nō hominem pependisse sed Amphoram in prouerbio fuit. Veteres Græci Heroes ut plenius ingurgitarent. Q uod hinc existimabant lætitiam fore magnis cornibus epotabāt. Vnde scribit Atheneus cornutum pingi bacchum: satiusq; est quod sapientes uiri monent uino abstinendum: quod inmoderate sumptum pro ueneno est. Aeetius: uel maximi figmentis: uel iussu principis: qui illius successus metuebat: occisus est: qua de re non longe post Romæ in Cāpo Martio Trāstyla & Octy-

Riuulus sanguinis

Leo ponti. M.

la milites Acetii ipsum imperatorē confoderunt:con/silio ut ferunt Maximi. Q m̄ statim adripuit imperiū: qui tertio post mense a Populo Romano membratim cæsus. EVDOXA. Valentiniani uxor in ulctio/nem cædis uiri Gensericum ex Aphrica adcersunt: ille magno cum exercitu nauigauit: urbē ingressus a rapi/nis nō temperauit: ut cuiq; Libitum est præda abacta: abducta & Eudoxa cū duabus filiis: quarū altera Tra/simūdo Genserici filio nupsit. At milites auidi prædæ in Campaniam inrumpunt. Capuam euertunt: urbis alias diripiunt; honusti præda Lybiam repetunt.

## FL. VALERIVS. MARCIANVS.

DVM Hæc in occidente aguntur orienti præficitur Marcianus fauente ad imperium pulcheria Arcadii fi lia: cuius cōsilia nō dum patefacta Populo Theodosii: morte id factum est: Marcianus humili genere natus prima stipendia meruit in Lycia: cum egrotaret hospi/talitate usus cuiusdam Tatiani & Iulii: Germani erāt. Postquā conualuit animo recreando uenatum exiere: fastiditi ardore solis sub arbuscula quieuerunt. Tatia/nus prior excitatus conspexit Aquilā supra caput Mar ciani in aere pendere: quæ pansis alis solis radios arce/bat. Ille fratrem ut uideret excitauit: ubi somnus abiit: militi quæ uiderant aperuerūt: regnum ex eo portendi nunctiantes. Igitur abeuntem uiatico. CC. Argenteorū psecuti sunt: hoc idem prodigiū ei cōtigit sub Aspare Aquila

contra Vandalos militaret:captus cum cæteris capti/uis quiescebat. Rex cupidus eos recensendi uidit Aqui/lam supra caput illius:per eiusmodi imaginem abire iussit:& si quando eueniret fædus cum Vandalis iniret orauit. Seu Aquila seu Vultur regnum portendit. Ta/lium prodigiorũ plenæ sunt historiæ. Pulcheria in eli/gendo cesare princeps Senis Marciani capiti diadema imposuit:& quãuis satis cognitus ordinibus erat:boni ac probati mores eum principatu dignũ fecerunt. Ideo magis expedit eligere q̃ ex hereditate mereri principẽ: Nouus imperator statim pro Tatiano & fratre misit: illum Constantinopoli. Hunc Iluricis præfecit:cũ Van dalis fædus percussit. Arma nunq̃ nisi prouocatus mo/uit. Quietis amator Quietũ orientem habuit. Dicere solebat donec liceret in pace uiuere non decere princi/pem sumere arma. Romæ Populus Ro. cum toto Se/natu Auitum Patricium imperatorem legit:sed nõ diu uixit. Marcianus cum præfuisset Paullo amplius An. .VI. naturæ concessit:ut quidam tradunt:conspiratio/ne Asparis. Qua de caussa post creationem noui prin cipis cum filius Asparis:Qua de caussa. Ardaburius Cæsar esset a Leonte pronuntiatus: populus patrem interfecit cum filio.

princeps eligendus

## FL. VAL. LEON. PRIMVS.

Factione & suffragiis Asparis Leon dicitur Imperator & Augustus adpellatus:qui post cædẽ Ardaburii Cæ/saris nepotem ex filia Zenonis filium Leontem Cæsa/rem fecit. Quidam filium scribunt. Aspar.n.ita con/

uenerat cum Leonte: ut factus imperator: Ardaburium eius filium adoptaret. Quod Leon obseruauit: populus ubi hæc nouit Ardaburium cum patre interemit: Anthemium Patricium Cæsarem pronunctiauit: Romamq́ misit: eiq́ imperium occidentis tradidit. Quod Maiorianus mortuo auito sibi uindicauerat. Is quarto anno necatus Dagalaipho & Seueriano cos. Sed Rauennæ Seuerus imperiũ adripuit. Qui superato Biorgo rege Alanorum Lauream meruit. III. Anno occubuit. Quidam tradunt Anthemium factum imperatorem post mortem Seueri. Vt cũq́ res conuenit: nam ante Marcianum res cepta est: Anthemius cum genero suo Rhicimere a Gothis oriundo diu certauit: & cum utriusq́ copiæ paratæ essent: & per factiones diuisa urbs & Italia esset: Leon e Constantinopoli Olymbrium misit purpura indutum: qui uiuenti Anthemio regnũ auferret: res non ita successit. Quoniam Rhicimer ad Aelium pontem: superatis auxiliaribus Gallis: cum Blimere Anthemium gladio transfodit. Ciuium Ro. bona data sunt prædæ: exhausisset etiam uiscera ni Ciliacus dolor hominem extinxisset. Olymbrius sine controuersia succedens. VII. post mense decessit. Iam Basiliscus Gensericum redeuntem in Italiam prælio uicerat: Rauennæ exercitus Glicerium imperatorem salutat. Et a nepote: sic erat illi nomen: Sororis filio regno pellitur. Interea Basiliscus Zenonis: qui postea imperauit: gener ingenti gloria uictor magni nominis fuit. Nepos ab Oreste pulsus Salonis: nomen uillæ in agro

93



Romano:cæsus est:Oresten Odoacer Gothoꝝ rex su/perauit:& Placentiæ misit:iussit interfici:& Oreste filiũ Augustulũ iam Romæ imperantẽ exilio dãnauit. Exulauit in Lucullano Campaniæ. Scribunt alii hunc ne caperetur a Gothis spõte imperium reliquisse: in eo sanctissimũ Augustorum cognomen memoratur. Et si Iustinianus postea iura uindicauit neminẽ purpura & diademate insignitũ:ipse & alii qui secuti sunt prin/cipes occidẽti præfecerũt. Gothi ab Augustulo ad Iu/stinianum regnum tenuere. Mirares:nequod integrũ maneret defecit cognomen Augustorum in uno cõsu/le Basilio:cum consulatus antea duos fuisset. Quod scilicet fore portẽdit urbis Ro.excidiũ. Hæc sunt Tite Arunti quæ tu ante aliquot sæcula prædixisti ex Ro/muli Vulturibus:utrum confusus fuisset numerus ne/quis tutelam unciẽdo iacturam peroraret. Matheseos peritus homo inuenit rem sacerdotũ uicio turbatam: nec claui in pariete Mineruæ tã liquido constitere:nec annales sub titulo consulum tenere numerũ potuerũt. Odoacer igitur Tyrãnus Romæ in tota Italia.XIIII. regñ.An.cogitauit de urbe transferẽda:& noua Colo/nia deducenda:ut ab suo noĩe urbẽ adpellaret Odoa/criam.Primus exteraꝝ nationum quietus per.X.An. possessor.Postea infelicem regno ac uitæ finẽ dedit.At Leon ĩ oriẽte.XVI.præfuit An.Leon secũdus præfuit annũ:uterqꝫ moꝝ nõ belli studiosus.Eodem anno quo Roma capta est Equestris Theodosii magni statua po/sita in foro Tauri supra coclidẽ columnã spõte cõruit.

# LIBER SECVNDVS
## FL. VAL. ZENON.

ZENONEM Leon secundus sua manu coronauit. Fuit Zenon ex Isauris Ciliciæ humilib9 parētibus natus: humili & incognita uilla: non minus uultu q̃ moribus deformis: imperauit nō ut Augustus: sed ut Tyramnus: sub eo Ilus: quid nō audet fortuna e sua gente mutilatus auribus: una cum Leontio: in oriēte ciuilem motum fecere. Theodoricus rex Ostrogothorum mire a Zenone diligebatur: ab eo factus cos. conlega Venātii impetrauit ab Augusto Italiā si Odoacrē supasset. Cui Zenon adsensus est: comendauitq; ei urbē Romā populumq; Ro. Teheodoricus cum exercitu per Iluricos Italiam petiit: occurrentē Odoacrem prælio uicit: & fugauit. Fugiens intra menia urbis non admissus citissime Rauennam contendit: triennium ibi obsessus: tandem captus in cæna iussu uictoris crudeliter excarnificatus uictor ingenti lætitia ac palusu ab obuio senatu populoq; Romano exceptus plurimumq; dilectus quod gratuita liberalitate caritatem annone fugauit: hoc scilicet imperii conseruandi salubre fomētum: multaq; ædificia urbis instaurauit: & si ab sanguine quorūdam senatoꝶ abstinuisset: nemo fuisset Theodorico adceptior. Anno. II. Zenonis imperii Basiliscus a sorore: quæ Augusta erat: quia imperator aberat: in regali solio positus. M. filium Cæsarem fecit: rediens e Syria Zenon ius suum repetens in Capadocia Basiliscum cum filio relegauit: qui Lemnis: nomen oppidi est: fame consumpti sunt. Præfuit Zenon An. XVII.

# LIBER SECVNDVS
## FL. VAL. ANASTASIVS.

Anastasius Diocorus magno cōsensu princeps electus statim donatiuum militibus dedit: legatos Indorum cum muneribus uenientes placidissime audiuit: a mari ad Zelybriam longum murū duxit: ne incursiones Mysorum Bulgarorum & Scytharum cum fierent obesse possent. Statuam Aeneā equestrem in auratam sui nominis ac tituli supra columnam fori tauri posuit. Laudabilius si illam Theodosii magni restituisset. Athenodorus Tiramnus in Cilicia penas luit: cuius caput Isauricus miles ueruto adfixum ante portas Tarsi tulit: ibique relictū aruit. Priscus Antiochiæ quæ est ciliciæ longinum Selymantheū cæpit: & uinctū catenis ad Anastasium misit. Cuius iussu Niceæ Bithynniæ tāquam fera dilaniatus est: & Vnni non contenti Armenorū spoliis Capadociam uastauerunt: & usque Licaoniam urbes diripuerūt. Ad Aquilonē uero Vitalianus magister militiæ grauē fecit motum: & ut quiesceret nongenta pondo auri ab imperatore adcæpit: Getæ Macedoniam Thessaliā Epirum diripuerūt: multos fecere captiuos: pro quibus redimendis cū aurum misisset Anastasius: & non sufficeret hostium uotis: Barbari captiuos: aut in domibus suffocarūt: aut pro menibus in conspectu multitudinis trucidarunt. Anastasius: ut credibile est: malo genio actus in diuinis præcepit non trinitatem: sed quaternitatem adorandam esse: huic ciuiles motus adeo creuere: ut nisi simulasset se mutasse mentem imperio priuatus dedisset pænas: sed cælestem iram quis

Quaternitas no[n]
Trinitas tu[m]

uitat: ictus fulmine occidit. Marcellinus tamen tradit eũ natũ supra An. LXXX. subita morte occubuisse: Imp. An. XXIIII. Mensis. II. D. XXIX.

## FL. VAL. IVSTINVS

IVSTINVS Thrax sine imaginibus: sine Tribu. utroq; parente ignobilis: a teneris annis suum custos: deinde boum: post lignarii cuiusdam minister: natus annos. XVI. militare cæpit: manu promptꝰ: & doctus hostem ferire sortem mutauit: princeps ordinis fuit: & hinc promotus comes factus est. Mortuo Anastasio ad eum Amantius Spado libertus superioris Aug. ditissimus uenit: magnam uim pecuniarum secum ferens: orauitq; ut in toto exercitu ductoribꝰ & militibus partiretur: & ipse adciperet quãtum uellet: promitteret donatiuum per singula capita: & longe maius q̃ priores fecerunt: si Theocritianum imperatorem legissent: pecunia satis integre soluta est: non ad uotum Amantii: sed Iustini: qui pro se suffragia caute emit. Itaq; cum princeps eligeretur nemine discrepante Iustinus pronuntiatus est: quem curuli adcæptum sella diademate ornatum adorauerunt omnes: Amantius & Theocritianus & Andreas minister a cubiculo insidias principi parauerũt. Ea de caussa e medio sublati sunt. In occidente Theodoricus. XXX. milia Gallorum prælio cecidit. Ioannem Pont. Max. Romæ carcere consumpsit. Inde subita morte occubuit: regnumq; Atalarico ex filia nepoti tradidit: in oriente Iustinus sororis suæ filium Iustinianum consulem fecit cum Valerio conle

Io. pont. Max.

97



ga: qui consulatus contra legem Marciani adeo insi-gnis fuit ludis atq; muneribus: ut facile priores supera uerit. XX. Leones iubatos &. XXX. Pardos exibuit: aliasq; innumerabiles feras. Item gladiatores & scænas Circensesq; & magna aurigarum premia: in quibus ulti ma tantũ mappa a populo propter factiones denegata est. Anno impii eius nono. Kal. Aprilis. Iustinianũ ado ptauit consortẽ imperii fecit: quarto post mẽse decessit. Imperauit An. VIIII. Mens. II. Mauortio consule.

## FL. VAL. IVSTINIANVS.

IVSTINIANVS reparãdo impio animũ admouit. Persas: qui trãsgressis limitib9 Mesopotamiã Celesyriã Syriãq; prædati sunt: Belisari9 legat9 ab Augusto mis-sus prælio fudit fugauitq;. Trãs Euphraten abire coe-git. Veteres firmauit limites. Iura impii toto oriẽti ad-seruit. Cũ uictoria redeuntẽ & aureo curru triũphantẽ Iustinianus magna lætitia excepit. Ideq; dux triũpho insignis: & reb9 gestis clarus: recupata Aphrica: Geli-merẽ Vandalorũ regẽ uinctũ catenis Cõstantinopolim misit. Carthaginẽ Firmius q̃ antea restituit. Triũphus maior ac prætiosior Persico fuit præferebant' puluina ria ornata auro ac gemmis. Signa militaria: Tapetes: Mensæ: Pocula: Vestes prætiosæ: pepla: regiaq; hæc suppellex disticta auro: lapillis: & margaritis. VII. ma gna uasa plena auro: & uasa quædam e gẽmis. Quid gratius præberi oculis potuit: q̃ captiuũ intueri regem: cum uxore: & regia familia: cum ad cõspectum impe-ratoris uentum est: iussusq; est rex adorare principem:

Triumphus pre-ciosior

Fortuna



ferunt eum pleno ore semp risisse. Existimabant ingẽti dolore pcugum mẽte captũ esse: illũq; dixisse se ridere fortunæ humanæ uicissitudines: ut q modo rex fuisset iam seruiret: eadem sententia fuisse Aimilii Paulli memoratur. Cum post captum Persen Macedoniæ regem de mutabilitate fortunæ: non sine lachrimis: disseruisset: consul factus Belisarius: quæ dignitas prima post imperatorẽ erat: e Sicilia in Aphricam rediit: rebellantes compressit. Solonioni præsidi partem inuictarum copiarum reliquit. At uero in Italia Atalarico defuncto: qui regñ. An. IIII. Successit Theudatus: qui cũ suspectus esset: in loco: qui dicit̃ Quinctus: tumultu militari oceisus est, Opinio fuit Vitigitẽ: qui statim regnũ adcepit: auctorẽ cædis fuisse. Vilisarius cũ uictore exercitu iussu principis in Italiã nauigauit: Neapolim resistentẽ ui cæpit: sæuitũq; est sine sexus ætatis & sacerdotii discrimine. Romã cũ uenisset pauidi Gothi Rauẽnã pfugerũt: Vitigitis coadunatis ĩnumerabilibus copiis Romã cõtẽdit: obsidet: nihil cũ pficeret suburbana oĩa ĩcẽdit. Ita Belisario acriter defendẽte urbs nõ capta ẽ. Post annũ uitigitis re infecta Rauẽnã reuersus. Deinde qđ uix credibile esset Belisari9: cũ parua manu: cũ tãta multitudine cõflixit: pfligatoq; hoste Vitigitẽ fugauit: Captus a Ioãne magistro militiæ Romam ductus est: & inde a Belisario Constantinopolim. Iustinianus regii nominis memor ne sine dignitate uiueret Persico limiti in ripa Euphratis hominem præposuit. Vbi sequentibus annis diem obiit: dum hæc in Italia geruntur:

LIBER SECVNDVS

Gothi in Aphrica duce Gundoricho rebellarũt. Belisarius rem sedauit cæso auctore: qui dux erat. Gothi Circumpadani Hildebrandũ regem creant. Cui post paulo interfecto substituitur Vatrius: qui uix annum præfuit & cæsus est: eius locum adsentientib9 copiis adcæpit. Badula cognominatus Totila: quo ductore Gothi populationibus & incendiis totam Italiam infestam reddiderunt. Aueratium Pont. Ausinatum legatum ad imperatorem misere ut eis liceret urbem & Italiam tenere: quemadmodum maiores eorum tenuerãt. Quibus respondit Iustinianus res Italicas commisisse Belisario & Ioanni: cum illis agerent: Gothi intellexerunt sibi armis decernendum fore. Itaq; sine spe ueniæ ac pacis omnia rapinis cædibus incendiis ruinis: antequam Belisarius rediret: ingenti miseratione fedarũt. Vrbem Ro. proditione Isaurici militis. XVI. Kal. Iañ. porta Celimontana ingressi imperio potiti sunt: nec eo contenti bona diripiunt. Mænia bona ex parte solo equãt: domos aliquot igni absumunt: Incolas omnis cuiusq; gradus atq; ordinis rex potissimũ Totila ab urbe abire præcepit: ducturus alio in loco Coloniam. Multitudo omnis in propinquas urbes se recæpit: sine abitatorib9 urbs relicta est: mansitq; in ea solitudine amplius. XL. dieb9. Hæc sunt tua monimenta parẽs Romule. Hæc est illa æterna urbs terrarum dea gẽtiumq; Roma. Cui par est nihil & nihil secundum: quæ undiq; uicto pene orbe aduectos triumphos recæpit. Cuius imperiũ occidẽtis oceano: & Transtygritanis regnis terminatum:

LIBER SECVNDVS

Tu ne illa Roma ad quam quot sunt sub cælo gentes conuenire ius erat: quæ innumerabiles colonias emi/sisti. Sed iam ciuili intestinoq; odio eo lapsa es: ut ho/norificentior habereris: si nomen tuum tantũmodo ex/taret. Quoniã dissentione partium: & adsidua uasta/tione Romani agri. Ita a tuis præsertim dilaniata es: ut exactam uetere pomerio mutilatamq; in Campo uix consistentem nostra ætas: non sine lachrymis: cospiciat. Auget præterea dolorem q qui præsunt licet uelint ad iumentum tamen ferre non possunt. Interea Belisarius morbo liberatus silentio & ruinæ Squalidam urbem: & graui dolore depasti incendii fetidam: ingressus est. Ferunt incendium surgentibus flãmis. XIII. dies emi/cuisse. Dux cautus mænia raptim reparauit: linguis & ruinis ciues redire iussit: quorum maior pars etiam non uocata reuersa est. Sed non omnia ædificia in ci/neres ierant: quæ magno redeuntibus adiumẽto fuere. Verumtamen regiones tres: porta Capena: Piscina pu/blica: & Auentinus adeo consumpsit: ut neq; tunc: neq; postea restitui potuerint: Totila adcæpto huius rei nun ctio cum infesto exercitu ad euertendam urbem rediit. Sed repulsus Aimiliam petiit. Et si Belisarius persecu/tus esset Gothicæ uictorie laudem Narseti ademisset: Belisariũ a rebus Italicis fama belli Gallici reuocauit. Germanus Patricius Augusti patruelis contra Gothos missus in Iluria morbo occubuit. Itaq; Italicæ expedi/tioni præficitur. Narses in Aphrica Artabanes Stozã Tyramnũ prælio uicit ac cæpit: dumq; cisalpinæ Gal/

liæ Totilas auxiliũ præstat a Longobardis occisus est. Deinde Gothi audito Narsetis aduẽtu obsides Romanos: quos & secum habebãt ad unũ interfecere omnes: Narses deinde cũ Gothis magno prælio cõflixit: & felici usus uictoria oẽs pene deleuit: etiã rex ipse ne superstes dedecori eẽt gladio pugnãdo trãsfixus una interiit ob uictoriã ludi editi: & in Circensibus ex factione Prasinorum & Venetorum tanta seditio ex certamine orta est: ut magnã fecerit cædem. Tale spectaculũ aurigæ prebent & inanis spectantiũ fauor nunq̃ quiescit: sic Russati Albati Veneti & Prasini Mappas in circo querunt. Sed ultima fere semper in ambiguo est: sic pro uili pãno miserorum mortalium animi huc illuc distracti pendent. Princeps tandem adfectus morbo Iustinum ex filia nepotem Consortem imperii fecit: caputq; diademate exornauit: fortunæq; fauentis signum in cubiculum illius transferri iussit: ingrauescente morbo non sanus mente decessit. Imperauit An. XXXVIIII.

## FL. VAL. IVSTINVS. II.

IVSTINVS Patre Ilurico matre Augusti filia a teneris annis: non ut nepos: sed uti filius in aula principis educatus: magno in honore habitus est: natura facili: & ad omnia desteriore ab initio principatus orãte Sophia eius uxore Aes alienũ soluit: tãta liberalitate usus aĩos ciuiũ simul & militũ cõiunctissimos habuit. Cum Persis solutis induciis pacẽ fecit. Narses post Gothicã uictoriã tenuit Italiã An. XVI. adcusatus a quibusdã

feditiosis ciuibus apud Iustinum: quod nimis austerus ac senus in iudiciis esset: per litterā se expurgauit: Sophia ut hominem irrideret ad eum scripsit: ut ad pensa muliebre opus rediret. Eunuchus enim erat: ille indignatus sollicitauit Langobardos: qui in Pānonia erāt: quorꝫ auxilio delendis Gothis usus fuerat: uti Italiam occuparent. Natio fuit Germanica: quæ ex Cimbrica Penninsula ad querendas sedes profecta erat: & nō statim cæpit arma: fere triennio post cum uxoribus: & liberis: & omni suppellectile Italiam petierunt. Numerus fuit. CC. miliū: sub rege Albuino subactam ac domitam Italiam inpotentatus diuisere. Tenuerunt An. CC. IIII. illo tempore Vgri Glacialis oceani adcolæ querendo sedes Pannonias ingressi ibi cōmorati sunt: quam adhuc pacifice tenent: rebus bellicis ita clari: ut nulli ferocissimarꝫ gentium cædant. Iustinus cum grauiter dolore pedum laboraret obiit. Tibernis: quē ante adoptauerat: ei successit.

## TIBERIVS.

TIBERIO Pax erat cum Langobardis qui se paratos fore ad omnia principis mādata per legatos fuerāt polliciti: regem sibi creauerunt Cephen: qui cū a suorꝫ sanguine etiā nō abstineret in insidias lapsus cædi meruit: quo cæso Langobardi. XXX. duces legere: qui Italiā regerēt: quæ a Samnitibꝰ ad alpis præter urbē Romā & portū dicionis eorꝫ erat. Tiberius in oriēte Persas sæpe ꝓfligatos intra suos fines cōpulit: recepta Mesopotamia Langobardi: rupto cū imꝑatore fædere: urbē Ro.

graui obsidione premunt. Sed eos multitudo decedentium Hymbrium a mœnibus reppulit. Qui existimantes sacrũ quodam uiolari magno silentio eo animo cõcesserunt amplius cum hostilibus armis non redituri. Secuta est Hymbres longa siccitas: & inde caritate annonæ laboratum est: Tiberius Mauricium generũ suũ adoptauit. Tiberii felicitas multi nominis fuisset si res in occidẽte ut in oriente ei successissent: Imperauit An. VII. Mauricium generum suum. Consortem imperii fecit qui successit.

## MAVRICIVS.

MAVRICIVS gerendis rebus in initio felix Armenos & Persas per legatos fudit. Mœsia Scythas reppulit. In Italia Langobardos repressit. Deinde auspiciis Theodosii filii sui & Germani soceri uictos Vnnos Panoniisq; exactos ad solitudines fugauit: & Chaganũ adflixit illoꝵ ducem. Romanus quidã Patricius non abnuente Augusto cum Langobardis sæpius pugnauit: & uictor primus Italiæ exarcus factus est. Felix est qui uictoriam adsecutus temperare se didicerit. Romanus Græcis mundiciis nutritus ad delitias animum flexit: simulq; ad rapinas. Mauricius uero uetuit: cuius mẽs: quia pax erat: cumulandis thesauris adcensa finem nõ inueniebat. Ea de cã tenax factus stipendia aut rara aut nulla dabat. Factaq; contra cũ conspiratio est ab exercitu: qui Sarmatico limiti præpositus erat. Cuius dux Phocas. Rumor ad Augustum peruenit: qui Philippicum generũ se adcersiri iubet: cui aperuit. Quomodo

per nocturnā qetē bis terue admonit9erat uti cū tota fa
milia a phocate precaueret. Philippic9 admirās dixit se
noscer hoīem q tale facin9 nō auderet: cū nimis timidus
eēt. Improbus tn̄ pp id inqt Mauricius mihi cauēdū ē.
Nā q timidi sunt. Postq̄ scelera ineunt parcere nesciūt:
& sæui9 agūt. Cogitem9 igit ne res eueniat tū Philippi
cus liberalitate opus est: ea sola milites ēt irati sedant:
Maurici9 surdis aurib9 audiebat: aut cogitabat inferos
pecunia placare ne adcipent admitterētq3: aut ne priua
tus ut antea inter notarios lateret. Notarius. n. fuerat:
& ob diligētiā a Iustino præfect9 uigilū fact9. Inde Ti
berii gener: post Augustus: lōge auarius antea oīa nego
cia prīcipis agebāt: ut opinor ob factoꝝ necessitatē: cū
milites id āplius ferre nō possent: præsertī q cōtra īpetū
Scythaꝝ positi erāt: loco sterili ac difficili & gelu horri
do: cōiurauere ī caput Mauricii. Sed cū ad opus uentū
est Calcedonæ tota domus fere cū prīcipe cæsa ē: qd ei
nō cōtigisset si nō fraudasset milites stipēdio: si ut dece
bat uixisset. Ferūt. n. nihil eē ī eo q impat auaritia dete
stabili9: fædū crimē ē & parēs oīum maloꝝ hic rapinæ
hic cædes: hinc dn̄andi cupido ortū habuere. Hæc ī pti
nacē cætera uiꝝ itegrū ac sanctū milites armauit: cōtra
liberalitas Alexādro magno imperiū ꝑpagauit. Vtinā
Maurici aut Iustinū aut socerū tuū imitari didicisses:
ab illo Iustino æs alienū psolutū ē. Hic Tiberi9 cū uxor
Anastasia placido certamīe īdigētib9 largas opes dedit
Sed tu uēti facto cōcederes Thesauris inhiādo
gladio iugulū præbuisti: impauit Maurici9 An. XX.

## LIBER SECVNDVS

### PHOCAS.

Phocas ab scelerato exercitu cui9 dux erat ĩpator lect9 est: q pene Mauricii oblit9 nec tãta cæde edoctus auarissime tributa exigẽda mãdauit: tenaci9 priore auꝝ seruãs: secreto cũ suis aulicis Persico more oĩa disponẽs & hi legatos audiebãt: iudicia pẽdebãt: magr̃atus dabãt: quo ĩ eo q impat miseri9 & deteri9 nihil est. Palatini.n. fumi grauiter ledere solẽt. Gratiores apud eũ erãt q inexplebili rapacitate populos uexabãt. Stipẽdia nũq̃ negauit: q̃ tñ parcissime dabat. Vnũ porro sãxit qd̃ laudẽ meruit: hoc ẽ urbẽ Romã toti9 salutaris uitæ caput eẽ. Cũ antea pp sedẽ pricipis Cõstãtinopolis hr̃et. Desidia & ignauia impatoris Romanoꝝ hostes potẽtiores facti occidẽtis diocesi Germanias cũ insulis: Gallias: Hispanias & bonã qtẽ Italiæ Pãnoniasq; & Mesiã abstulerãt: & magnã ptẽ Aphricæ. Oriẽtis uero Iberos: Armenias Arabas & hic Dardanos & Mediterranea Macedoniæ & Thraciæ: Chagan9 Thrax Vnnoꝝ rex mõ huc mõ illuc undiq; discurrebat: Mesopotamiã Assyriã Persæ occupauerũt: Aegyptũ Saraceni uastauerãt: ꝓ dedecus nr̃æ uires adeo defecerãt p luxũ ac libidinẽ: ut imperiũ Ro. solo tm̃ noie cõstaret. Res.n.p. uindices nõ hẽbat: magnã spem in initio præbuit de se Phocas: qd̃ hõ militaris: sed oẽs fefellit opio. Itaq; ex omni pte reges soluti metu irruebãt: eoq; uentũ ẽ ut aut nomẽ impii deleret: aut Phocas occũberet. Erat adceptus impatori Priscus Patrici9 genere Heraclonæ: hui9 fili9 Heracli9 pro prætore Aphricã admĩstrabat. Hii tres de impatore occidẽ

do cõiuratione inierunt. Heraclonas qa magister mili/tiæ erat i Thracia uelut defensur9 regionẽ: & ꝓpulsurus Barbaros exercitũ coegit. Heracli9 ex Aphrica Cõstãti nopolim uenerat: ne pr̃ defectiõis suspitionẽ faceret. Cõ ueniũt statuto tpe: fit de industria tumultus: dũ milites Prætoriani adcurrũt cõiurati pricipẽ obtrũcãt. Milites primũ Heracliũ Imp. Cæs. Aug. ꝓnũtiãt. Populus deinde & Senatus ingenti adclamatione ꝓbauit.

## HERACLIVS.

Heraclii Sergi9 Cõstãtinopolitan9 Põt. caput diademate cinxit. Eadẽq; die Fabiã Eudociã duxit uxorẽ: simulq; & sacratissimæ coronæ & nuptiaꝝ põpa celebrata ẽ: totũ oriẽtẽ uastauerãt Persæ: & legiões sæpi9 reparatas sæpi9 deleuerãt. Hic Scythæ & Auari Europã diripuerãt: & Romanos milites interfecerãt: paucissimi in tot cædib9 superant: ex hiis q militauerãt sub Mauricio & Phocate: uix crediderim qđ qdã scribũt duos tm̃ superfuisse. Ambigu9 erat Heraclius Europã ne an Aphricã uindicaret. Crispũ Capadociæ præfecit: Fædus cũ Chagano añ lõgũ murũ Anastasii pcussit: cũ Langobardis iduciæ nõ dũ exierãt: Aphricã firma præsidia tuebãt. Itaq; tota mole ad orientẽ liberãdũ cõuersus est: priusq̃ bellũ gereret legatos eis misit ad Cosroen: ut a uastatõe urbiũ & Romanoꝝ cæde cessaret: utq; iã satur hũano sanguine rediret i Persida: deiñ frustra orauit inducias: ille cũ aius oia pdẽdi erat bis legatos cõtẽpsit: tãdẽ spretis cõditionib9 pacis supbe & cõtumeliose rñdit: se nũq̃ cum Romanis qeturũ nisi postposita & abnegata Iesu

Nazareni crucifixi relligiõe. Mitrã hoc est solẽ: q uni/
cus ẽ de9: adorarẽt. Impator indignat9 despata pace ex
peditionẽ: quã cepat: parauit. Acrẽ delectũ undiqꝫ hri
iussit. Nouas legiões scripsit. Nam ueteres occiderãt: &
priusq̃ ad bellũ duceret exercuit: ut solet de Tyronib9
fieri: ad liberãdũ oriẽtẽ pgit. Cosroes fact9 de bello cer
tior Palestinã Iudeãqꝫ diripuit: Hierosolymas post lon
gã christianoꝝ occidionẽ: exhaustis oib9: & oĩ suppelle
ctile: cõsũpsit. Lignũ salutiferæ crucis una cũ sanctissi/
mo urbis episcopo ĩ auita regna ferri iussit. Ostanẽ Sa
trapã cũ ualido exercitu cõtra ueniẽtẽ Heracliũ misit.
Res primũ leuib9 præliis tẽtata ẽ: deiñ totis uirib9 pu/
gnatũ ẽ Persæ uicti terga dedere. Cæsa sũt hostiũ supra
.xxx. milia. Ostanes fugit. Saraces & Sarabasses du/
ces cecidere: nec tãta cæde ulcti sumus: iãqꝫ iteꝝ ac ter/
tio uictores deleto ac cæso supplemẽto lõge maiore cũ
duce Saie & Razetene ĩ uiscera psidis supato Tygride
penetrauim9. Sæuitũqꝫ ẽ: ñ mõ ĩ hoĩes ueꝝ ĩ urbiũ dire
ptiões. Nec tẽpatũ ẽ a pfanis hostiũ tẽplis: q̃ strage nr̃a
uulnera recõpẽsauim9. Scđo & tertio prælio celesti au
xilio usi uictoriã adsecuti sumus. Sed terti9 ille cõgres/
sus cæsis multis milib9 finẽ bello psico fecit. Cosroes de
spatis reb9 Cthesiphõtẽ aufugit: ubi a Siroe filio ĩterfe/
ctus est: q đ pr̃ Medarse filio alteri: sed natu minori re/
gnũ tradiderat. Q uare & hic cecidit uxoresqꝫ negocio
pfecto Siroes ablatas opes q̃s reppit captiuosqꝫ Ro. &
lignum uitæ restituit Heraclio: & prim9 ipse de morte
pr̃is ac fr̃is scripsit ad pricipẽ: paxqꝫ ei data ẽ: hiis cõdi/

tiōib9: ut limes pſici ac Ro. im pii Tigris eēt: atq; Perſæ Meſopotamiā nō adtentarent: tertiæ pugnæ dies faſtis Ro. adſcript9 adhuc magnæ uenerati ōis ē exercit9 ui/ ctoꝝ & laureat9 honuſt9 ferculis atq; tropeis magna læ titia & īgēti gloria Cōſtātinopolim redit. Dux purpura tus aureo īuect9 curru nō laureā manu ſed lignū crucis tenēs ſe lætātib9 populis ſpectādū præbuit. Gratū & ſa lutiferū ſpectaculū occurrētib9 ſacerdotib9 regio orna/ tu inſignib9: pōpaq; admirabili preeūte pōtifice ī ſacra tiſſimo tēplo poſitū ē: maior hic certe triūph9 q̄ q de ge limere uicto & Aphrica recupata hītus ē. Impauit He raclius An. xxxi. ferūt Hidropiſi occubuiſſe. Alii ſcri/ būt nono cladis genere teſtiū folliculo ſurſum uerſo: ſi mul cū uirili mēbro: & ſemp tento: adeo ut quotiēs me ieret: niſi tabula Vmbilico admota ꝓhibēte: uultū locio ſparſiſſet: exiſtimāt ob inlicitas nuptias id adcidiſſe. La pſus ēt fert̄ ī hereſim monotelitaꝝ.

MAGMED.

Hui9 tpe ꝑdiſſe ī lucē Magmed memoriæ ꝓditū ē: ob ſcuris genitū ī Arabia parētib9: captūq; ab ſcenitis: nu midaꝝ more uiuūt: & mox uēditū: Abdimoneples Iſ/ maelitici gn̄is emit locuplex mercator: q n̄ ut ſeruū ſed liberꝝ loco educauit: forma pueꝝ cōciliabat: cū adole/ uiſſet mercimoniis præpoſuit: q dexteritate ingenii cū ualeret cōmertio uſus chriſtianoꝝ iudeoꝝq; & alioꝝ: & lucro augēdo diligēs: primū dn̄o gratus: inde ī notitiā pluriōꝝ uenit. Erat tū ī Arabia Sergi9 mōach9. Eo. n. e byzantio fugerat ſceleſtæ opīonis penas metuēs: ínq; domū abdimoneplis cōſuetudīe diuertebat: Magmedi

139



plurimũ fauens:nactusq; iuuenis facilitatẽ atq; promptitudinẽ in diuersa haud difficulter deduxit. Interea Herus morit᷑ sine liberis:uxor uidua dum uiꝝ quæreret:& esset qnquagenaria:domiq; haberet ualidũ annis iuuenẽ:domesticis nuptiis usa traditur:Sergio:uti ego existimo:ꝑsuadente. Iuuenis magicæ uanitatis nõ expers:potẽs pollẽsq; carmine:intra paucos dies muliebri menti mirũ de se studiũ ĩmiscuit:adeo ut illa nimio ardore deperiret. Cõripiebat᷑ Magmed comitiali morbo qđ ubi uxor aĩaduertit egreferens rogauit:quid nã rei esset. Tum ille monitis Sergii desine mirari inquit: morbus abest. Sed cõspectũ cælestis nunctii ad me dei iussu ueniẽtis ferre cũ nequeã mens & mẽbra obstipescũt. Idemq; cõtingere oĩb9 ꝓphætis narrabat:se quoq; ꝓphætã esse dictitans. Vana spe elusa femina fidẽ præstitit:& quẽ mõ amabat obseruare simul & colere cœpit. In ea ꝑsuasione cum diẽ obisset heredẽ uiꝝ toto ut aiũt axe scripsit. Hiis opib9 fret9 palã de se loq̃bat᷑:multi adsentiebãt᷑:presertim feminæ:iter q̃s antea gloriabũda uxor nomẽ laudesq; mariti & cælestiũ cõgressus disseminauerat. Siq uero repugnarẽt cogebãt᷑ armis:breuiq; sermone & metu exercitũ satis amplũ coegit. Negligẽtia Cæs. Augusti aĩos præbuit q exiguis copiis primos illos conat9 effringere potuit. Neglect9 ignis paulatim augescens:cũ fomes suppetit:absumit oĩa. Desidiaq; nr̃oꝝ ꝑnitiosa tabes creuit:cui fomẽtum medicæ manus adhibere nequeũt. Arabes primi defecere:ꝓximæ deiñ regiões:ipsaq; ĩuadit᷑ Syria:in q̃ ferax Dama/

ſcus ui expugnata uiuentis Phylarchi & tēplū & diui/nos honores princeps inſpexit. Pugnaſſe poſtea fert́ cū Perſis & ptē copiarꝫ amiſiſſe: rediiſſeq; ad ſuos Arabas copiaſq; ſuppleuiſſe Scenitis manu tū bello ualidiſſi/ma & reb9geſtis clara quæ indignata ob negata ſtipen dia: fraude q̄ſtorꝫ: & Romani ducis tenacitate: Mag/medi heſit: & tūc defeciſſe ꝓuincias qdā ſcribūt. Scri/ptor haud ignobilis q paulo poſt illa tēpora fuit tradit Magmed cū plæriſq; adſeclarꝫ cohortib9 Syriā intraſ/ſe: & p legatos petiiſſe ab Heraclio regiōes ad incolen/dū: atq; impetraſſe: & ingentē illū numerū: cū alimēta deeſſent direptionib9 agrorꝫ uillarūq; & urbiū queſi/uiſſe: adiiciūt poſt rapinas reuerſum eū ad antiquas ſe des: apuiſſeq; leges: & fuiſſe legiſlatorē: tandē natū an/nos. XL. ueneno interiſſe. Quod adfines dominorꝫ ad quos hereditas ſpectabat parauiſſe ferūt: & clam cibis inmiſcuiſſe. Eo ſublato Iſmahelitica gens qđ ab duce didicerat ferre palā deterrita nō eſt. Tota fere quæ an/tea cæperat ceſſit Aphrica: ſed oræ Mediterranei ma/ris longe ſerius. Demū deſidia Romanorꝫ principum: eo ſupſtitio creuit ut magnitudine eius atq; armis per/territus oriens & bona pars Europæ: non ſine cladæ: & noſtra ignominia: deſciuerit.

## DE PROGENIE HERACLII.


Heraclius ex Fabia Eudocia uxore ſuſcepit Epiphaniā & Heraclium: qui Conſtantinus nouus adpellatus eſt: quē ab ineunte ætate ſacro diademate adornauit pater. Defunctæ Fabiæ funus cū efferetur puella ſorte quadā

ſpuit p feneſtrã: cõtigitq; tetigiſſe elatũ Cadauer: nulla facta mora cõpræhẽſa & rogo Fabiæ poſita uiua exuſta. Duxit poſtea Martinã filiã fris: lata lege ut idẽ oĩbus liceret: ex qua genuit Heraclonã. Succeſſit primũ pri Cõſtãtin9 nou9q regnũ a pre adcæpit: nõ malũ fidei dogma: nõ dũ ãnũ ĩpetrãs a nouerca ueneno ſublat9 ẽ. Adripuit impiũ Martina cum Heraclona: q nat9 erat an. x. & hii cõſpiratiõe ſenat9 añ biẽniũ capti & ĩ exiliũ Capadociã miſſi: mulieri linguã præcidunt: ne orone q̃ plurimum ualebat: populos cõmoueret: puero abſciderũt naſum: ne decor aut gra ĩ uultu miſerationẽ facerẽt Senat9 tunc ſine militib9 pricipẽ fecit: qđ raro cõtigit: & añ & poſt tacitũ Aug. electus ẽ Cõſtas Cõſtãtini. F. genit9 ex Gregoria filia Nicete Pricii: & is fili9 Gregoriæ q multũ dilect9 ab Heraclio fuerat: magniſq; honorib9 funct9. Cõſtas uero dũ fruſtra ĩ Lãgobardos ĩpetũ facit ĩ ſuos cõuertit ĩrã: laminas argẽteas: qb9 Pãteon tegebat̃: & alia q̃dã prætioſa relliqas hoſtiliũ prædaꝝ atq; incẽdioꝝ ſubſtulit: & ſecũ ĩ Siciliã tulit. Dũq; ibi in balneis ſe lauat a miniſtris auctore Mazeſe ĩterfect9 ẽ: qui dũ pace Cõſtãtinopoli fruit̃ mortẽ obiit: regnũq; p manus filio Iuſtino tradidit. In hoc defecit Heraclii ꝓgenies. x. ĩperii ãno deiectus ſolio a Leõtio Pricio exul ĩ põto adflictus calamitate occubuit: abſciſſis narib9: ſoli Heraclio ĩter oẽs principes Ro. q̃tũ reꝝ geſtaꝝ monimẽta docẽt ſtirpis ſuæ apud inferos ſextũ legere Auguſtũ Lacheſis ſuo in extricabili uolumine cõcedit. Præfuerũt oẽs An. LXXXVII.

Finis

# POMPONII VITA

## .M. ANTONIVS SABELLICVS.M. ANTONIO MAVROCENO EQVITI SALVTEM.



Omēdauit mihi p lr̄as suos Cæsares Pomponius Lætus iis paucis dieb9 qbus uita decessit: tantūq; mihi tribuit cōmendatione illa ut ex ipsius erga me animi affectu potius ea scripsisse libeat suspicari: q̄ q͞p me tā stultum putaret q id genus laudis ab eo expectarē. In meis inqt Cæsarib9 utere iudicio tuo: tuaq; lima castigatissima qua nihil accuratius nr̄a nouit ætas: nō repugno sed acqesco ingenio exercitatissimo exactissimoq;: corrige igitur: emēda: subeasq; officiū nō lectoris sed auctoris: putaq; libellū a te amicissimo publicari q diligētia ueteres ꝓuocas. Vides Maurocene quātū uir ille summus mihi tribuit: qui tā humane ne humiliter dicā res suas nr̄o subiicit iudicio. Legi ego cupidissime historiā hoīs nr̄a ætate ī recognoscēda uetustate diligētissimi: in qua præterq̄: q͞p integra fide oīa scribunt̄ delectauit me supraq̄ dici possit castissima oratio: ut nō Pōponiū me legere arbitrarer sed ex ueteribus unū aliquē. Intulissem itaq; libēs rē nostræ fidei creditā statim librariæ officinæ: ut p me publicū sortiret̄: nō tā auctori qui ab eiusmodi publicatiōe nō abhorrebat: ut eius ad me epistolæ demōstrāt: q̄ nr̄atibus uiris gratificaturus: sed offensiunculæ quædā ut ad illū scripsi: nec adeo multæ nostrū ab ea re consiliū retardarūt. Hæ qa nō sine temeri

113



tatis suspitione mutari poterãt: ueritus ne priuũ iudiciũ secutus ea demũ tollerem quæ auctor maxime ꝓbaret: diu multũq; dubitaui quæ essent mei officii ptes in cõmentariis his publicandis. Nã Pomponius haud multo postq̃ hanc suã ad me misit lucubrationẽ fato decessit. Sed tutiorẽ uiã ingressus librũ Archetypũ cũ Pomponii chirographo ea conditione librariis obtuli: ut nihil illi adderẽt: nihil adimerẽt: qđ ut cõmodius fieret totũ negociũ detuli Democrito Taracinensi. Miraberis scio in Põponio nouã scribendi ratiõẽ qui neglecta recentioꝝ lege totus ex ueteꝝ quorundã grãmaticoꝝ auctoritate pendet. Sed multo magis mirari possis nudã dicendi futurã qui moribus & uitæ hoĩs fuit tã similis ut nihil sibi ipsi similius esse possit. Ortus est Põponius ut eius uita tibi breuiter deliniet' in Calabris: qbus adépto Græcoꝝ cõmertio nihil est tota Italia simplicius. Clarũ in familia stẽma: sed in quo tãtus uir nõ sit legitime natus: ipse qđ miror Genesim suã semp ĩ occulto habuit: aut certe ignorauit. Sed cur ignorasse credi possit? quũ a suis qñq; p lr̃as & nũtios ad id missos multis precib9 domũ accersit9 ut tãtas necessitudines nõ ignoraret: in hãc rescripsit sn̄iam. Põponius Lætus cognatis & ꝓpinqs suis salutẽ. Q đ petitis fieri nõ põt Valete. Fuit & si nobili loco natus paꝝ tñ liberali facie: breui statura: colore subaqlo: capillo leniter inflexo: minutis oculis ac sub fronte penitus repostis: sed q in risu gratiã oĩno aliquã mererent': canitie multa respersus: & qua iam grãdis natu uelut intẽpestiua: ut mihi dicitur: offendebat'.

POMPONII VITA

Mũdus in uictu magis q̃ lautus: qppe qui uno fere ci/
bo uteret: quũ solus cœnaret: uini paulo appetẽtior: Iu
uenis sumptuose & frequenter cõuiuatus est: parcius iã
senex factus: modica suppellectile cõtẽtus: & in qua ni
hil præter mũditiẽ ꝓbares: uestiebat fere Gallico pãno:
ueste paululũ a pedib9 retracta: pileatus hyeme & co/
turnatus ꝓcedebat ĩ publicũ: domũ habuit in exqliis ꝑ
modicã: & uineã ĩ qrinali: in q̃ succisiuis opabat horis:
Portii Catonis: Colũbellæ & Varronis: quoꝝ studiosissi
mus fuit præcepta uel ĩ paruis secut9: pari studio domi
hortulũ coler alereq; simul amphibias aues atq; oisariã
cortẽses: feriatus piscari qñq; aut uisco & rhetib9 occu/
pari: cõmessariq; iterim ac potare auidi9 sub umbra flu
uiali ripæ aut fontib9 accubãs. Vbi puer & aquo fuerit
institut9 ĩcõptũ hẽo. Romæ qđ satis cõstat Petro Mon
topolitano aliq̃diu dedit operã poetæ & oratori sua æta
te clarissimo: mox sub Laurẽtio Vallense tãtũ ꝓfecit ut
eo defuncto cõtinuo ĩ magna nois celebritate eẽ cœpit:
ut q ex oibus illius assectatoribus unus oium prædica/
tione dignus hẽret q in defuncti locũ succederet. Inci/
dit inde ĩ maximũ discrimen ꝙ cũ Calimacho Platina
& aliis qbusdã nõ uulgari eruditiõe uiris ĩ Paulũ Ponti
ficẽ Maximũ cõiurasse putabat. Estq; iam ꝑegre ꝓfe/
ctus ea de cã sub custodia Romã deportatus: sed ĩ quæ
stione datũ est illi noxæ: qđ sibi & ꝑmultis adolescẽtib9
qui nostratiũ lraꝝ studia assectarent: nomẽ ĩmutasset.
Cæteꝝ in tanto discrimine nihil æque illi profuit ac li/
berũ ingeniũ. Homo eni simplex ac nihil mali cogitãs

115



appellatus de Pōponii noīe a Vianesio Antistite q̄ quæ⁄
stioni præsidebat qd inqt tibi & Paulo Pontifici si mihi
fœniculi nomen indidissem. Custodia inde eductus in
Romano Gymnasio magno omniū fauore collocatur:
pricipēq; locū ab initio adeptus duo ferme de. XXX.
annos (nescias maiore grā an auctoritate) tutatus est:
nulli maledixit aut detraxit unq̄: ac ne pati q̄dē apud se
alienā dignitatē lacerari. Silētiū in eo signū nō pbātis
quæ temere alii mirarent̄: aut carperēt. sušq; deq; ferre
q aliqs de se male opinaret̄. qua moderatiōe uixit oīb9
charissim9: fuit tñ (ex residuo credo odio ignominiæ ca
lūnioso illo reatu acceptæ) in cleꝝ aīo paulo infestiore:
& ī magnoꝝ Antistitū fastu & luxuria insectāda oīno
dicacior. Sed mordacitas illa tā simplex ut grā & fauor
ex ea re nō odiū illi quæreret̄. Plæriq; Antistites ac su⁄
premi ordinis lōge principes familiariter hoīem appel
lare. iuuare ēt pecunia aliisq; munerib9: ciuili seditione
quæ ī Xisti Pōtificis tpa incidit eius domo temere dire
pta tā multa sunt hic inde illi cōgesta ab amicis & asse
ctatoribus ut pene plura accepisse credatur q̄ amiserit.
Vixit tñ paruo cōtentus. fuitq; ab initio cōtemptor reli
gionis: sed ingrauescēte ætate cœpit res ipsa ut mihi di
citur curæ esse. Veneratus est oīum maxime Romanæ
urbis geniū: celebrauitq; natalem urbis quot annis fre⁄
quēti doctoꝝ hoīum cōuētu: ubi adolescētes eloquētiæ
studiosi panegyricis encomiasticisq; actionibus dabant
prima ingenii expimēta: pari studio ueterē spectādi cō
suetudinē desuetæ ciuitati restituit: primoꝝ Antistitū

atriis pro theatro usus: in qbus Plauti Terẽtii recẽtiorꝵ
ẽt quædã agerent fabulæ: quas ipse honestos adolescẽ-
tes & docuit & agẽtibꝰ præfuit: Nullus unq̃ magis ue-
tustatẽ miratus est: nullus in ea recognoscẽda plus opæ
impẽdit: fastidire sua sæcula ac pro despicatis hr̃e quæ-
cũqꝫ nr̃a tulisset ætas: cõsistere amẽti similis ad oẽm ue
tusti opis occursum: interdũ etiã ubertim flere: meliorꝵ
ut dicere solebat temporꝵ admonitu: capiebaturqꝫ adeo
Romanæ urbis aspectu ut semel sit in uita extra Italiã
pegrinatus uisurus ut ipse ad me scripsit quæ circa Ta-
naim strabo pro incõptis reliqsset. Romanã iuuentutẽ
usqꝫ ad infamiã dilexit: in qua siqd offendisset a ueteri
indole degeneratũ: uestri aiebat maiores nõ tales fuere.
Vixit cũ eruditissimo quoqꝫ mutua charitate. Quæ-
renti mihi quẽ ex recentioribus doctissimũ iudicaret:
Theodorꝵ Gaxã dixit: multũ ẽt tribuere solebat & Ni-
colao Perocto Sypõtino Antistiti. Platinã & Marsum
seniorẽ unice dilexit. Petrũ Cæsensem & ipsum cogno
mento Marsum Volscũ Sulpitiũ & alia recẽtiora Ro-
manæ academiæ lumina pr̃ia charitate fouit: tantũqꝫ
absuit ut horꝵ crescẽti laudi sit officere conatus: ut illorꝵ
etiã studia homo minime ambitiosus preferret suis: per
quæ cõsecutus est ut eum cuncti patris appellatione di
gnarent: pateretũrqꝫ sine cõtrouersia academiæ prin-
cipem haberi. Profitebat antelucanis horis descende-
batqꝫ ex exqliis ad lumẽ laternæ nisi pnox luna esset.
Nihil fere legit unq̃ nisi ex suo chirographo: pnuncia-
bat canora uoce & iucũda: minimeqꝫ cõcitata: ob lin-

guæ titubantiam sermo magis castus q̃ comptus. Cum Varrone diu luctatus est ut ĩ itegrũ restitueret. In Crispo & Liuio reposuit quædã: & si nemo religiosius timidiusq; tractauit ueterũ scripta. In poetas & historicos semp aliqd dictauit. Ipse quãtus in lectione fuerit eius discipuli facile demõstrãt. Scripsit de arte grãmatica primo suo Tyrocinio ex ueteri grãmaticorũ forma scripsit de magistratib9 urbis librũ unũ: de legib9 unũ ad. M. Pantagathũ: cætera studiorũ eius monumenta si qua fuere in direptione domus intercidisse creduntur. Scripsit postremo de Cæsaribus a iunioris Gordiani interitu exorsus: descẽditq; ĩ Iustini exiliũ: estq; mira breuitate usus: sed in qua ipsius studiũ in recognoscẽda uetustate facile agnoscas. Sobria in eo figura dicẽdi mini meq; ambitiosa: fides & diligentia nõ uulgaris: quæ lectio eo magis & ꝓdesse & delectare poterit quominus hæc quæ ab eo scribuntur sunt a multis ꝑdita. Sed tu Maurocene q ingenio & eruditione lõge præstas multo melius pẽsitabis qd Põponius sit supremo hoc humanorũ operũ labore meritus: qui quũ ĩ hiis studiis (Græca enim uix attigit) atq; in cætera uita talis esset iã ꝓpe modũ septuagenarius fatali est morte cõsumptus: frequẽs ciuitas defunctum extulit: celebrarũtq; ei9 funus ad Coelii aram Antistites circiter. XL. liberarũ ciuitatũ & principũ oratores plæriq; numero: & cũ his oĩs Romanorũ lrarũ claritas: estq; more maiorũ pro cõcione laudatus. Et hæc de Pomponio ad te: ut homo tibi minus suetudine notus qualis in omni uita fuerit non ignora-

119



res. Nec quũ hæc scripsi omnia cóplecti potui: quũ librarii hãc epistolam efflagitarent: & si in quibusdã eorꝫ quæ executus sum fidem meã nõ astringo. Et enim diu absens plæraqꝫ didici ex iis q post meũ ex urbe digressum uixerunt cũ eo uiro cõiunctissime. Sed multo plura erunt quæ a me quãdiu iuuenis illi operã dedi diligenter obseruata sunt ac nũc demũ exacta ætate ex thesauro memoriæ repetita tibi uir clarissime huic epistolæ inserui. Vale & Sabellicum tuum ama.

Finis.

Domici Palladii Sorani Tetrastichon.

Hic iacet exigua Lætus Pomponius urna:
Cuius honos merito pulsat utrũqꝫ polum.
Lætus erat Romæ uates sublimis: & idem
Rhetor: nunc Campis lætior Elysiis.

Omnes sunt duerni

Impressum Venetiis per Bernardinum
Venetũ Anno dñi. M.cccclxxxxix.
Die. XXIII. Aprilis.

119.

